



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**




M. 2837

f. III  
38.
















CONSILIA  
SALOMONIS,

*SIVE*

COLLECTA SALOMONIS  
AXIOMATA, MAXIME NECES-  
saria Homini, ut se ipsum sapienter di-  
rigat,

CUM REFLEXIONIBUS SUPER  
*hac Axiomata.*

EDITIO PRIMA;

E GALLICO IN LATINUM  
*versa, revisa & amplificata per Auctorem,  
cum Indicibus necessariis.*



*uno p. Klopp. & Rasch.*  
COLONIAE AGRIPPINÆ,  
Sumptibus Haredum JOANNIS WIEDEN-  
FELDT, & GODEFRIDI de BERGES,  
Anno 1694.

*Permissu Superiorum.*  
*Col. Socijs Jesu paderborn.*

Hac Axiomata non eo fine selecta  
sunt, & huc congesta, ut nudè legan-  
tur, verùm ut attentè considerentur,  
Lectòr plura non reperiet verba in  
singulis, quàm opus fuerit ad eum  
juvandum & occupandum, ut suis  
ipse cogitationibus assequi possit no-  
titiàm eorum qua scire desiderabit.

Handwritten scribbles in the middle of the page.

EVITER

Handwritten scribbles at the bottom of the page.

Æ VITerno DEO,  
INCARNATÆ SAPIENTIÆ,  
SUMMO SPIRITUI,  
PERFECTISSIMÆ TRI-  
NITATI.



Sapientiam veram & perfectam  
non nisi in te Omnipotente  
Deo inuenimus, qui miseri-  
sordissimè, ex immenso tuæ

Sapientiae Oceano rivulos aliquot in or-  
bem terrarum dimittens, non solummo-  
do tuo Verbo mundum creasti, conser-  
uasti, & de facto gubernas, sed & nobis in  
S. Scripturae paginis doctrinam dedisti, ex  
qua vitam sapienter instituire deberemus.  
Felix ille, qui & unicam Sententiã aut R.e-  
gulam exinde sibi cordi sumere posset,  
ne continuò in tenebris ambularet, sed  
ita per hæc temporalia transiret, ne amit-  
teret æterna.

Excerptis aliquot Dicta seu Sententias  
ex prænominate Scripturae Sacrae Paginis  
Author mihi quidem Incognitus, sed eas  
ita solerter, nervosè & ad captum per Pa-  
raphrases, & Reflexiones explicavit &  
conscripsit, ut in legendo & perlegendò  
summam habuerim satisfactionem, Hinc  
animo

(o)  
animo duxi, illas pro meliori mea instra-  
ctione ex alienâ in Latinam transponendi  
linguam. Quod si tibi Lector benevole  
placuerint, utere his Regulis pro Dei glo-  
ria. Sin minus, compatere mihi, & per  
aliam viam tuam salutem quære, cum ea  
spe, & fiducia, ut in fine, & ad eundem  
finem conveniamus, nempe hîc & in æ-  
ternum Deo serviendi. *Vanitas enim Va-  
nitatum, & omnia Vanitas, præter ama-  
re Deum, & illi soli servire.*



APPRO-

## APPROBATIO.

O Pto ut detur tibi sensus, lege hæc Con-  
silia Sapientiae, & veniet in te Spiritus  
ejus, venientque tibi omnia bona pariter  
cum illis, si eo spiritu legeris, quo facta  
sunt, Etenim *Sapientia absconsa & The-  
saurus invisus*. Eccl. 20. Verè horum Au-  
thor Sapientiae Consiliorum ipse valde Sa-  
piens in verbis seipsum amabilem facit,  
ibid. ut quasi contra illud Prov. 23. *Veri-  
tatem emerit & vendat sapientiam*, cum  
fœnere tamen ementis; & quanquam in  
ipso limine sapienter ex Sapiente dicat: *fa-  
ciendi plures libros nullus est finis*, per to-  
tum tamen Opusculum quàm parvum  
tam grande rectè monet: *Finem loquendi  
pariter omnes audiamus: Deum time, &  
mandata ejus observa, hoc est omnis homo.*  
Eccl. 12. id quod clam facit sine fidei  
vel morum offendiculo, *Dedit illi Deus  
scientiam Sanctorum, honestavit illum in  
laboribus suis*. Sap. 10. Sic judico in Car-  
melo nostro Colon. 1693. die 12. Augusti.

Fr. AMANTIUS à Passi Domini, Ord.  
F. B. V. M. de Monte Carmeli in  
Universit. Colon. SS. Theol. Licen-  
tius, Studii Generalis Theologici  
in Conventu Colon. Regens & Pro-  
fessor emeritus mpa.

\* 3)

APPROBATIO

## APPROBATIO.

**I**Go infra scriptus hæc *Consilia Sapientia*, sapienter collecta & speciali quodam Spiritu Dei ad regendum tum se ipsum, tum proximum, conscripta legi & pervolvi, in quibus cum nihil inveniam quod fidei nostræ Orthodoxæ & doctrinæ sacræ quoquomodo adversetur, sed contra plura, eaque maximæ efficacix documenta suggerantur ad reformationem morum in timore Domini, ad eorumque qui in corruptibili carne hac per profundæ contemplationis, recollectionis, orationisque viam ambulantes (quæ plerisque & ocella est et arcana) ad Deum tendere desiderant instigationem, plurimum conducant, imprimi et prælo dari debere censeo in Carmelo nostro Colo. 1693. die 13. Augusti

*F. L. JACOBVS a S. Godofredo, Ord. FF. B. V. M. de Monte Carmeli in Universitate Colon. SS. Theol. Licentiatuſ, & Studii generalis Theologia in Conventu Colon. pro tempore Lector. mp.*

## CENSURA ORDINARIÆ.

**L**iber hic inscriptus *Consilia sapientix*, sive collecta Salomonis Axiomata sapienter conquistata, pro homine justè sapienterque dirigendo, & adjectis salutariibus doctisque Reflexionibus instituendo, placet ut typis in lucem prodeant, Colonia hæc 9. Augusti 1693.

**CHRISTIANUS NEWENDAL**

Elſius, SS. Theol. Doctor, Coll. Eccl. S. Andreae Decanus, Gym. Montani Regens, Librorum Cenſor &c. mp.

*PRÆ*

PRÆFATIO.



Am dudum Theotime  
mihicondoles, & quodammo-  
do mei loco pœnas sentis meæ  
Solitudinis; sapius liberè tibi respondi,  
quod pro nullo infortunio reputem, me  
permanere incognitum; dabis mihi li-  
centiam, tibi hodiè notificandi, quod mihi  
ipse injurius forè, si exinde displicentiã de-  
monstrarem, nam habeo hic talem socie-  
tatem, quæ plus valet quàm omnes aliæ,  
quas ullibi possem videre.

Possum insuper te affecurare, quod in  
his nostris Conversationibus tristitia spe-  
ctacula, & horridū silentium hujus deserti  
in quo fortuna me adhuc retinet, non  
impediant, quò minùs horæ citò abeant,  
& nulla res alia magis, quàm ipsum tem-  
pus nobis desit.

Facilè judicabis, quod loquar de Salo-  
mone, cum scias quod magnam olim  
consolationem habuerim in lectione suo-  
rum librorum; videbis nunc per hæc Scri-  
pta, quæ tibi mitto, quod mea occupatio  
sit modò explicandi, & per meas Refle-  
xiones conandi demonstrare sapientibus  
hujus mundi veritates incognitas illo-  
rum Philosophiæ

\* 4

Hæc



*PRÆFATIO.*

Hæc cogitatio & intentio statim mihi venit in mentem, dum ingrederer hanc solitudinem, in qua moror. Tam obscura quàm illa sit; vel etiam tuis oculis apparere possit, non scio commodiorem pro homine, qui vult laborare, aut meditari in scriptis hujus sapientis Principis. Hoc dico, quia credo id, quod ultimò legi, sapientiam dictasse ipsi hæc Proverbia, dum esset solitarius, nec illa explicare aliis personis quàm solitariis, quæ ipsum interrogant, quid fecerit in talibus locis, in quibus nulla nova audiuntur de Creaturis, nec ullus strepitus, qui turbare possit attentionem & complacentiam illorum, qui illi aures præbent.

Salomon libenter fuerat solus, sicut è contra suæ Aulae Principes libenter apud illum fuerant, ut eum loqui audirent: hora illi desideratissima fuit, cum post diei labores, lassus negotiorum, lassus honorum & strepitus mundi, secederet ex conspectu Societatum & iret conversari cum Deo in sua campestri domo, nomine Hetta satis vicina Civitati.

Hæc domus ipsi magis placuit, quàm  
alia.

PRÆFATIO.

alla Regia Palatia, quia præter pulchra & magnifica ornamenta facta ibidem per manus hominum, habuit pariter delitiosas sylvas cum collibus & rupibus, cum torrentibus & aliis naturæ propriis operibus, ad elevandam mentem in Cælum & æternitatis reminiscenciam.

In hoc magnifico deserto, in conspectu pulchritudinum Dei, suæ contemplationes aperuerunt mentem, ita ut inceperit valde despiciere mortales pulchritudines, & postquam conquestus fuisset contra traditiones, earum promissa, & adulationes, cantaverit hoc famosum Canticum, quod antra & currentes aquæ sui Palatii, primò audiverunt, postmodum verò Echo illud ubique locorum fecit resonare, & usque ad finem sæculorum faciet inthorare, nempe ; *Vanitas Vanitatum, Cuncta Vanitas.*

Sententiæ morales & politicæ, quibus implevit librum suorum Proverbiorum, & quas laboriosè filius Sirach collegit, & conservavit, in eadē solitudine progenitæ fuerunt, ubi silentium & tranquillitas ipsarum nativitati manus adjutrices præbue-

\* S

bue-

P R A E P A T I O

buerunt. His etenim devotis obambulationibus absque dubio universus Orbis gratias habet, quas referat Cognitioni Veritatum, quæ prodiverunt, & concepta fuerunt per plumam hujus sapientis Principis, & quæ illuminarunt omnes populos.

Elegi ex his sententiis illas, quas credidi mihi utiles ad meam intentionem, quæ est, ut traham ex earum textibus materiam meditationis propriam pro illis personis, quæ volunt vivere inter negotia mundi secundum leges Conscientiæ & prudentiæ, & se sapienter regere in diversis negotiis Vitæ Civilis.

Non est, nec apparet aliud, quàm parvum opus: si habuissem parum plus temporis & plus luminis, fortè majus apparuisset, quavis, ut loquar cum antiquo Scriptore: si habuissem plus temporis & luminis, loco hoc opus augendi, conarer id abbreviare, cum recorder illius, quod mihi quidam ex famosioribus nostri temporis Scriptoribus dixit: quod *necesse sit, scire bene delere, ut quis excellat in arte scribendi.*

Hæc opinio non est ipsius sola & particu-

PRÆFATIO

icularis, notavi enim quod sit communis  
Magistris cuiuscunque scientiæ & artis, &  
quod habeat primum locum inter ipso-  
rum Regulas; Dum volunt efficere, ut id  
quod faciunt, sit aliquod excellens o-  
pus, omnis illorum industria occupatur in  
eo, ut parum materiæ, & multum inge-  
nii in illo inveniatur.

Vis & agilitas requiruntur ad perfectio-  
nem alicujus operis, suprema perfectio  
alicujus libri consistit in eo, ut possit legi,  
& meditari intra plures annos. *Multa Ve-*  
*ritates & pauca verba*, fuerant olim  
Lemma alicujus magni Theologi, mag-  
nus in hoc quidem, sed infinitè Deo mi-  
nor, qui includit infinitas Veritates in  
uno solo verbo, & qui omnia dicit, quæ  
possunt in æternum dici, dum enun-  
ciat & pronunciat suus.

*Verbum.*

LIBER

LIBER HIC DIVIDITVR  
IN DUAS PARTES.

PARS PRIMA

Complectitur Regulas Salomonis magis  
necessarias pro Homine ad suam pro-  
prium personam bene regendam.

ARTICULUS PRIMUS  
De Regimine Conscientiæ.

Regula. I. *Faciendi plures libros, nullus  
est finis. Finem loquendi omnes pariter  
audiamus. Deum time, & mandata  
ejus observa. Hoc est omnis homo.*  
Eccl. 12. pag. 1.

2. *In timore tuo sit tibi gloriatio, & omnis  
narratio tua in preceptis Altissimi.*  
Eccl. 9. 3.

3. *Vanitas vanitatum, & universa vanitas  
& afflictio spiritus.* Eccl. 1. 5.

4. *Cuncta que sunt, adducit Dominus in  
judicium, sive bonum, sive malum sit.*  
Eccl. 12. 12.

*Timor Domini principium Sapientiæ,*  
Prov. 1.

5. *Impius cum in profundum venerit, con-  
temnit.* Prov. 18. 17.

6. Ue

## I N D E X

- 6 Ut scivm, quoniam aliter non possum esse:  
contiens, nisi Deus det, adii Dominum,  
& deprecatus sum illum ex toris pra-  
cordis meis. Sap. 8. pag. 18
- 7 Habe fiduciam in Domino: ex toto cor-  
de tuo. In omnibus viis tuis cogita illum,  
& ipse diriget gressus tuos. Prov. 3. 23
- 8 Esto misericors, & eris tu velut Altis-  
simi filius. Eccl. 4. 27
- 9 Superbum sequitur humilitas, spiri-  
tum humile suscipiet gloria. Prov. 20. 31
- 10 Non contristabit iustum, quidquid ei  
acciderit. Prov. 12. 38

### ARTICULUS II.

#### De Regimine Rationis.

- Regula I. Veritatem eme, & noli vende-  
re sapientiam. Prov. 23. 46
- 2 Ne sis sapiens apud te ipsum. Time Do-  
minum, & recede a malo. Prov. 3. 54
- 3 Altiora te ne quaeris, & fortiora te,  
ne scrutatus fueris. Eccl. 3. 56
- 4 Ne innitaris prudentia tua. 58
- 5 Sapientia clamat in summis: excelsisq;  
Verticibus, supra viam, in mediis se-  
mitis stans, juxta portas Civitatis in  
\* 7 ipse

I N D E X

ipsis foribus loquitur. O viri ad vos clamato, & vox mea ad filios hominum. Prov. 8. pag. 61

6 Est via qua videtur homini recta, & novissima eius ducunt ad mortem. Prov. 16. 25. 65

7 In cogitationibus Impii, interrogatio erit. Sap. 1. 69

8 Via stulti recta in oculis eius, qui autem sapiens est, audit consilia. Prov. 12. 72

9 Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitia sunt in corde illius. Prov. 26. 74

10 Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter, qui autem depravat vias suas, manifestus erit. Prov. 10. 78

11 Sapiens timet & declinat à malo, stultus transilit, & confidit. Prov. 14. 80

12 Astutus omnia agit cum consilio, qui autem fatuus est, aperiet stultitiam. Prov. 13. 81

13 Qui mentis est dura, corruet in malum. Prov. 24. 85

ARTI

I N D E X

ARTICULUS III.

De Regimine Cordis & Passionum.

Regula I. Cogitatum habe in praeceptis  
Altissimi, & ipse dabit tibi cor. Eccl. 6.

pag. 89

2 Omni custodia serva Cor tuum, quoniam  
ab ipso vita procedit. Prov. 4. 98

3 Sortitus sum animam bonam, & veni  
ad corpus incoinquatum. Sap. 8. 104

4 Melior est patiens. Viro forti, & qui  
dominatur animo suo, expugnatore ur-  
bium. Prov. 16. 106

5 Vapor virtutis Dei, & emanatio clari-  
tatis Omnipotentis, Candor lucis aeter-  
nae, speculum Dei Majestatis. Sap. 7. 114

6 Zelus & iracundia minuunt dies, &  
ante tempus senectam adducet cogita-  
tus. Eccl. 30. 117

7 Fatuus statim indicat iram suam, qui  
autem dissimulat injuriam, callidus est.  
Prov. 12. 119

8 Spiritum ad irascendum facilem quis  
poterit sustinere? Prov. 18. 121

9 Noli quarere à Rege cathedram hono-  
ris. Eccl. 7. 125

10. Tri-



## I N D E X

10. *Tristitiam non des anima tua, & affligas te metipsum in consilio tuo.* 128.
11. *Averte faciem tuam à muliere compta.* Eccl. 5. 131.
12. *Homo sapiens attendit ab inertia.* Eccl. 18. 134.
13. *Avocare & lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis.* Eccl. 32. 136.

### ARTICULUS QUARTUS.

#### Pro Regimine linguæ.

- Regula I. *Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furorem.* Prov. 18. 144.
2. *Sapiens in verbis se ipsum amabilem facit.* Eccl. 20. 153.
3. *Sapientia absconsa & thesaurus invisus, quantitas in utrisque.* Eccl. 20. 156.
4. *Ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis, & attende, ne forte labaris in lingua.* Eccl. 28. 158.
5. *Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat.* Prov. 18. 261.
6. *Noli esse citatus in lingua tua, & remissus in operibus tuis.* Eccl. 4. 162.
7. Non.

I M D E X

7 Non omni homini cor tuum manifes-  
tes. Eccl. 8. pag. 163

8 Fatuus in risu exaltat vocem suam :  
Sapiens vix tacitè ridebit. Eccl. 21. 167

PARS SECVNDA.

Complectitur Regulas Salomonis pro  
homine, erga alios se bene regendi.

ARTICULUS PRIMUS.

De Regimine sui ergà propriam  
Uxorem.

Regula I. Mulier bona, pars bona, da-  
bitur Viro pro factis bonis. Eccl. 26.  
168

2 Mulieris bona beatus Vir ; numerus  
enim annorum illius duplex. Eccl. 26.  
169

3 Domus & divitiae dantur à parentibus,  
à Domino autem proprie Uxor prudens.  
Prov. 19. 171

4 Ne respicias in mulieris speciem, &  
non concupiscas mulierem in specie.  
Eccl. 25. 175

5 Sit vena tua benedicta, & latere cuna  
mulieris adolescentia tua. Prov. 5. 177  
6 Mu

## I N D E

- 6 *Mulier si habet primatum, contraria est Viro suo. Eccl. 25. 178.*
- 7 *Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Eccl. 25. 180.*
- 8 *In medio proximorum ingemiscit vir eius, & audiens suspirat modicum. Eccl. 25. 182.*

### ARTICULUS II.

De Regimine sui erga proprias Proles.

- Regula I. Nam & ego filius fui Patris mei, tenellus & unigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat: suscipiat verba mea cor tuum, posside sapientiam. Prov. 4 pag. 184*
2. *Qui diligit filium, instanter erudit. Eccl. 30. 188.*
3. *Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio Domesticorum gloriabitur. Eccl. 30. 190.*
4. *Quid docet filium, in medio amicorum gloriabitur. Eccl. 30. 191.*
5. *Equus indomitus evadit durus, & filius remissus evadit princeps. Eccl. 30. 193.*
6. *Lata*

## I N D E X

6. *Lacta filium tuum, & pamentem refa-*  
*ciet : lude cum illo & contristabit te.*  
*Eccl. 30. 194*
7. *Ne corrideas illi, nec doleas : & in no-*  
*vissimo dentes tui obstupescunt. Eccl. 30.*  
*196*
8. *Curva cervicem ejus in juventute, ne*  
*fortè induret & non credat tibi. Eccl.*  
*30. 197*
9. *Filio, mulieri, & fratri non das pote-*  
*statem in vita tua, & non dederis illi*  
*professionem, ne fortè pœniteat te. Eccl.*  
*33. 199*

### ARTICULUS III

#### De Regimine sui erga proprium Famu- litium.

- Regula I. *fugum & lorum curvant col-*  
*lum durum : & servum inclinant ope-*  
*rations assidua. Eccl. 33. 200*
2. *Panis, & disciplina, & opus servo. Eccl.*  
*33. 202*
3. *Si non obaudierit, curva illum compe-*  
*dibus; verum sine judicio facias nihil*  
*Eccl. 33. 203*
- 4 Si

I N D E X

4. Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem, sic eum tracta. Eccl. 33. 205
5. Ne ladas servum in veritate operantem, & dantem animam suam. Eccl. 7. 207
6. Noli laborare, ut ditèris, sed prudentie tua pone modum. Prov. 23. 208

ARTICULUS IV.

De sui Regimine erga Amicos.

- Regula I. Amicus fidelis protectio fortis, qui autem invenit illum, invenit thesaurum. Eccl. 6. 211
2. Beatus qui invenit amicum verum, & qui narrat justitias auri audienti. Dilige proximum, & conjungere fide cum illo. Eccl. 25. & 27. 213
3. Amico fideli nulla est comparatio, & non est ponderatio auri & argenti, contra bonitatem fidei illius. Eccl. 6. 215
4. Amicus fidelis: medicamentum vite & immortalitatis, qui metuit Dominum, inveniet eum. Eccl. 6. 216
5. Si possides amicum, in tentatione posside. 216

# I N D E X

- sede illum, & ne facile credas ei. Eccl. 6.* 218
6. *Est enim Amicus secundum tempus, & non permanebat in die tribulationis. Eccl. 6.* 219
7. *Et est Amicus mensa, & non permanebit in die necessitatis. Eccl. 6.* 220
8. *Et est Amicus, qui odium & rixam, & convitia denudabit. Eccl. 6.* 222
9. *Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coequalis, & in domesticis tuis fiducialiteraget. ibid.* 223
10. *Ne derelinquas Amicum antiquum: novus enim non erit similis illi. Eccl. 9.* 224
11. *Ante mortem bene fac amico. Eccl. 14.* 226
12. *Noli pravaricari in Amicum, pecuniam differentem. Eccl. 7.* 228
13. *Perde pecuniam propter fratrem, & amicum tuum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem. Eccl. 29.* 229
14. *Qui denudat arcana Amici, fidem perdit, & non inveniet Amicum ad animam suam. Eccl. 27.* 230
15. *Ad Amicum si aperueris os triste, ne timeas,*

I N D E X

- tineas, est enim concordatio.* 231  
16. *Homo homini reservat iram, & à Deo*  
*quarit medelam. Eccl. 28.* 234  
17. *Abstine à lite & minues peccata. Eccl.*  
*28.* 236

F I N I S



231  
Deo  
234  
Eccl.  
236

# PARS PRIMA

Complectitur Regulas Salamonis magis necessarias pro homine ad suam propriam personam benè regendam.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*De Regimine Conscientiæ.*

### REGULA PRIM A.

*Faciendi plures libros nullus est finis, finem loquendi pariter omnes audiamus, Deum time, & mandata eius observa. Hoc est omnis homo. Eccl. 12.*

### PARAPHRASIS.

*Multa dantur consilia, & multi scribuntur libri, quibus homo ad perfectionem peruenire possit. Sapientia de super non nisi unicam proponit sententiam, quæ est compendium omnium, quas sapien-*

A

tes



tes unquam dictarunt, & quasi ipsa met  
Sapiaentia ab initio usque ad finem  
mundi homini inculcare intendit, ni-  
hil enim aliud scribit, nihil aliud ho-  
minibus loquitur, quam quod amare  
Deum, & ejus voluntati obedire, sit  
omnis homo.

REFLEXIO.

**D**Um summus Creator formaret  
ideam nostræ naturæ, & concipi-  
peret creare hominem, præten-  
dit, quasi suum excellentius opus ita con-  
cipere, ut corpus & animam simul con-  
jungeret.

Vidit enim, quod si corpus separaret  
ab anima, illud solum non nisi foetor es-  
set, & similiter anima separata à Deo,  
adhuc squalidior foret, ita ut loco ali-  
cujus excellentis operis, quod medita-  
batur, non nisi aliquod monstrum effor-  
maret.

Ne igitur in hoc erraret, eodem tem-  
pore, quo corpus conjunxit animæ, ju-  
dicavit esse necessarium, animam con-  
jungere Deo, per suam ineffabilem gra-  
tiam,

tiam, quæ & ipsa huic suo operi conjungeretur, ita ut hæc tria totum facerent hominem.

Attende paulisper, & considera Sapientiam Dei, dum hæc tria ita sibi differentia concluderet, simul jungere, & ex ipso excellentiam sui operis formare! Considera quanta hæc sint miracula, dum in homine sunt conjuncta! & quanta infelicitas dum separantur.

Dum enim gratia rejicitur, vel ipsa ab anima recedit, ecce reprobationem & peccatum: dum corpus separatur ab anima, ecce mortem: dum autem anima separatur à corpore & gratia, ecce infernum: quæ sunt tria horrenda & metuenda objecta. Quod si verò iterum conjungantur, sunt è contrà tres pulchritudines cælestes, & tria maxima miracula divinæ potentia, ita enim simul juncta constituunt verum hominem. *Ti-  
me Deum, hæc est omnis homo.*

**REGULA SECUNDA.**

*In timore Domini sit tibi gloriatio,  
& omnis narratio tua in præceptis  
Altissimi. Eccl. 9. A 2 PA-*

*Timor Domini & Deo esse fidelis, sit honor tuus, & si vis ut respiciaris & aestimeris, utque in facie tua sit ea modestia, in actionibus ea firmitas, & tranquillitas spiritûs, qua homines super alios extollit, semper mente revolve benignitatem Creatoris, & ejus perfectiones æternas, animum tuum eò dirige, ut non in alio quam in Deo spem & actiones tuas colles.*

REFLEXIO.

**N**on superbum imiteris, quem pudet timere & adorare Deum, quia plebs cum timet & adorat, quique honorem quærit in vilipendendo ea, quæ facere obligatus est.

Non formes tibi proprias opiniones & regulas, & non accipias pro signo alicujus nobilitatis, non ita sicut alii velle apparere, nec credas, quod aliqua stulta inventa opinio plus valeat, quam communis quædam doctrina.

Quasi verò ideo quod sis nobilis, tibi videatur indecorum, ea facere, quæ plebs facit,

facit, cum potius deberes studere, omnia melius quam plebs peragere.

Hinc non sequaris ejusdem devotiones, sed eas transcendas; non imiteris plebem in via salutis, & sanctis justitiæ exercitiis, sed considerando tuam conditionem, progrediaris primus, & sis omnium exemplo.

Tene tuum locum in templo, & non permitte, ut aliquis te sit devotior aut modestior, & quia alios præcedis nobilitate, sit locus tuus ante altare, & sis in Sacrificio propinquior Deo, ac intensior in oratione.

Recordare quod non sit medium securius, quo præcedas communem plebem, quam si fueris magis quam ea, humilis ante supremam divinam Majestatem, & hanc perfectius adoraveris.

### REGULA TERTIA.

*Vanitas vanitatum, universa vanitas, & afflictio spiritus. Eccl. i.*

#### PARAPHRASIS.

*In nullo amorem figas quam in Deo, verum enim bonum & verum gaudium*

*A 3*

*ner*

non nisi in eo invenitur. Bonum quod ante oculos apparet, te decipit, & non est nisi illusio & vanitas; Falsum & apparens bonum, devenit verum malum, ex eo quod nobis placeat, & quod incipiamus illud amare.

## REFLEXIO.

**O**Mnes hujus vitæ felicitates sunt vanæ & deceptoræ, nos tamen illas, dum se nobis offerunt, stables & immobiles judicamus, imò cor nostrum ex sola earum apparentia allectatur, illis manibus pedibusque inhiat, & in iisdem obcœcatur, ut sibi promittat, se illas æternùm possessurum.

Sed hoc est profluentem retinere aquam, ex momento enim quo credimus nos illas possidere, incipiunt à nobis fugere, dum enim illas quodammodo possidemus, iis congaudemus, nobis illas reciprocè promittimus, & inseparabiliter in iis spes nostras collocamus, de repente manibus nostris elabuntur; Illæ cursum suum prosequuntur, sicut nos nostrum, imò nos ipsi eas relinquimus,

&amp;

& nos cum illis eò progredimur, quo facto seu ordinatione divinâ vocamur, & quò ipsum tempus nos deducit, nempe illas ad nihilum & nos ad mortem.

Tempus est breve, & terminus propinquus, non procul absunt gaudia unius momenti à lachrymis æternitatis, & aliquando tantum unâ nocte inter se distant longi anni quos nobis præfiguramus. Sæpè quos videmus isto vespere potentes & fortunatos, sequenti mane sunt sepulti sub propriis ruinis.

Hodie nobiscum sunt felicitates, fanitas, divitiæ & honores, cras verò omnes hæc vanitates sunt aër, ventus & fumus, corpus nostrum in rumulo, & anima nostra in altero mundo, ubi plorabit, & æternùm, sed nimis tardè, dicet: *Unversa vanitas, & afflictio spiritus.*

Causa quare despiciere deberemus has fugitivas felicitates, consistit in hoc solo verbo: *Vanitas*: Deus enim solus est verum bonum, cætera bona creata sunt productiones & umbræ hujus essentialis & infiniti boni: Considera & aperi oculos.

Si es dives , & Deus recedit à corde tuo, quid tibi remanet, super quo iactari possis ?

Si esses hæres & Dominus in imaginatione alicujus domûs , nullum tamen desuper haberes jus, nec etiam potestatem & licentiam intrandi , qualis esset hæc hæreditas , & quale dominium ? Si esses Dominus alicujus thesauri , vel reddituum Dominus alicujus Regni vel Imperii , etiam totius orbis , & omnium imaginabilium, si possideres omnia creata , omnia opera & dona Dei , & tamen eum non haberes , qualis esset possessio pro tali anima , quæ anhelat ad verum bonum , & quæ suam quærit satisfactionem in solo Deo ?

Quod pejus est , hæc creata , hæ divitiæ , hæ magnificentiæ sunt circa te , & non intra te ; Aurum & argentum ingrediuntur tuam domum, concupiscentiæ in tuos oculos, & in tuos sensus, non tamen ulterius progrediuntur , multò minùs in eum locum veniunt , ubi tuæ majores necessitates & tua immortalia desideria requiescunt , tantum umbras  
& f.

& figuras suas eò mittunt , de tot  
enim bonis & felicitatibus congregatis  
& conservatis tantâ cum diligentia nihil  
in corde tuo aliud retines , quàm ea-  
rum umbram.

Meditare pusillum , si posses audire  
gemitus & singultus , qui in medio tua-  
rum concupiscentiarum ex imo tui cor-  
dis proveniunt ; Plora super te ipsum  
& confitere , quod sis dignus compassio-  
ne , cùm ab ortu tuo & quidem incef-  
sante cum displicentiis extremis quæ-  
ras veritatem veritatum , ut sis semel fe-  
lix ; Et tamen non aliam invenias , quàm  
vanitatem vanitatum , umbram umbra-  
rum , imaginem apparentiarum & illu-  
sionum ; *Vanitas vanitatum & afflictio  
spiritus.*

Ut autem consoleris , non quære te  
ipsum , nec spem tuam pone in quiete ,  
nec quæras felicitatem tuam per regulas  
arrogantiæ & alicujus Philosophiæ mun-  
danæ.

Scio equidem quod humana pruden-  
tia & politica proprii amoris homini in-  
sinuent pro felicitate consequenda , ut



**16**      *Consilia Sapiencia,*

renunciet omnibus creaturis , & quodammodo ipsi Creatori , ut nullam sui partem extra se quærat , seipsum solummodo possideat , fruatur suis propriis recreationibus , se ipso contentus vivat ; Et quod hæc sit vera felicitas , sibi que ipsi placere sit melius , quàm placere Regibus , sed *animadverti, quod hoc quoque sit Vanitas.*

Recordare , quod anima tua sit perfectissima & nobilissima imago primi & supremi Entis , & è contra ultima Vanitatum omnium , quando privatur gratiâ.

Omne enim , quod capacitatem habet continendi & in se recipiendi Deum non potest separari à Deo , quin ita vacuum efficiatur , quàm sit ipsa magnitudo Dei.

Nempe quando anima eò redacta est , ut nihil diligit , & nihil possideat quàm se ipsam ; Hæc anima spiritualis & immortalis nihil aliud est , quàm aliquod vacuum & privatio immensa , & infinitus dolor : nam

Anima nostra est res adeò divina & excel-

excellens, ut ex momento, quo Deus non est cum ipsa, sit idem, quàm ipsa damnatio, & proprius sui infernus.

Differentia duarum animarum peccatricium, unius damnatæ & alterius adhuc viventis in terra, & in corpore humano clausæ, non alia est, quàm quod illa se videat clarè damnatam & in substantia malum proprium sentiat; Ista verò hoc nondum videat nec sentiat.

Quando anima tua separata à Deo per peccatum se sentiet, & in igne videbit infelicem; Actus suæ desperationis, & clamores sui doloris erunt illi, quos Propheta à longinquo audivit, & repetiit his verbis: *Reddidit me vas inane*: dicet enim, Deus me fecit vas immensum & pretiosum, capax fruendi suâ gloriâ, & possidendi suam divinitatem, interim recessit à me, & reliquit me vacuum. Sum enim solum ipse ego, & hoc est afflictio afflictionum, & verus infernus; Nam esse spiritum & esse solum, est esse animam immortalem & esse vanitatem. *Vanitas & afflictio spiritus.*

## REGULA QUARTA.

*Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in  
iudicium, siue bonum siue malum  
fit. Eccl. 12.*

*Timor Domini, principium sapien-  
tia. Prov. 1.*

## PARAPHRASIS.

*Timor Dei est principium vera sapientia.  
Illa enim qua venit ex timore offen-  
dendi homines, vel ex desiderio illis  
placendi, est falsa & deceptiosa; Et  
quamvis inueniantur in orbe multi  
sapientes & politici, non in minori  
numero inueniuntur tot stulti & fa-  
turi.*

*Non enim major est stultitia, quàm en-  
ga omnes monstrare se esse sapientem,  
& non esse erga Deum, neminem la-  
dere vel offendere, quàm hunc solum.*

## REFLEXIO.

**P**rima & principalis Regula, quam  
eligere debes, ut sapienter te regas,  
est timere suum Dominum & suum Ju-  
dicem.

Si

Si vis, ut in tua anima nascatur timor salutaris, & ut amoveat omnes inclinationes ad peccatum, non habes meliorem modum, quàm ut primordia & novissima tua memoreris, & ut benè comprehendas per continuas & devotas reflexiones, quò venisti, & quò progrediaris; Quod sit tuum principium, & quis tuus finis, quæ beneficia receperis, & cui obligatus sis, quid debeas tuo Creatori, & quid tibi Judex tuus debeat.

Debita & obligationes versus tuum Creatorem non sunt materia alicujus longioris discursûs, sed longioris meditationis, & quamvis quodlibet verbum non nisi unicum punctum includat, plures tamen anni & quidem sæcula admirationis & silentii requiruntur ad quodlibet verbum.

Id quod mirabilius & consideratione dignius est, quod hæ obligationes non cessaverint ab ortu tuo crescere, & quod adhuc omni momento tecum crescant, tuam nativitatem præcesserint, & seniores te sint.

Incepisti vivere, sed Deus non ince-

A 7

pit

pit recordari tui ; Ante omnia primordia, & ante omne tempus fuit Deus, qui te amavit.

Recordare pariter, tu qui nihil fuisti, quali modo Deus te extraxerit, & cum quali honore egressus fueris ex æviterno opprobrio, nam dum te Creator in primo homine producere voluit, fecit coelum & terram, hoc est duos mundos & duos Paradisos, quos tamen etiam non nisi in tui gratiam creavit.

Ipse cumulus gratiarum est, quod te creaverit non nisi pro se solo, & quod tibi tuum esse dederit, ut sis in æternum cum ipso unitus, non aliud volens, quam ut suum divinum per omnem æternitatem durans officium sit pariter tui temporis, & tuæ vitæ mortalis officium, nempe cognoscere & amare Deum.

Ineffabilis gratia ! honor supremus & infinitus ! sed res terribilior in hac vita tam gloriosa, quod omne momentum, quo vivis sine amore Dei, sit peccaminosum, & quod hæc peccaminosa momenta & ingritudines numerabuntur, & in hora mortis tuæ examina-

buntur.

buntur. Deus incepit per beneficia, finiet per severum iudicium.

Ille, qui te quæsiuit per tot annos, ut te salvet, vocabit te brevi, ut te iudicet, & dum ante oculos suæ iustitiæ comparabis, considerabis in tua persona, quid ex eius, & quid ex tua parte habeas, illud quod ipse in te operatus est, & quid tu facis, & adhuc hodie operaris.

Comparabit tuas actiones cum suis, & coget tuam conscientiam, ut eas ipsa met comparet, & contempletur opera suæ Sanctitatis cum operibus tuæ malitiæ conjuncta in eodem corde.

Fac nunc hanc comparisonem ad pedes Crucifixi ante tuum Redemptorem & tuum Patrem, id quod facies in illa die ante tuum Iudicem, cum videbis veritates in illo libro, in quo cunctæ scriptæ reperiuntur.

Considera, quid sit misericordia, quæ prævenit tua merita. Quid sit ingratitude, quæ secuta est misericordiam, & quæ fuit concepta in medio gratiarum.

Quid sit iustitia, quæ examinat bonum

num

num & malum, quæ ponderat bonitates Dei, & peccata hominis, & quæ in uno & altero æternitatem conspicit.

Denique quid sit æternitas, ubi peccatores non cessabunt esse peccatores & superbi, & ubi Judex sine fine erit justus, ubi sua Sanctitas erit mensura suæ iracundiæ, & sua iracundia infinitè offensa, mensura supplicii, & sua infinita pulchritudo, quam nunquam contemplantur, mensura desperationis omnium peccatorum.

Nimis multum loquor, maximè in re, ubi nihil minùs quàm loqui oportet: Historia enim hominis non indiget aliud, quàm hæc quatuor verba. Ipsius recreationes cessabunt. Ipsius actiones judicabuntur. Ipsius peccata punientur. Ipsius pœnæ erunt æternæ.

Hic habes id quod non legas, sed id quod mediteris & contempleris. Quamcunque etiam opinionem mundus de aliquo docto homine habeat, si nondum cœpit meditari desuper, nondum cœpit esse sapiens.

Juventus & stultitia cogitant solummodo

modo de presenti, avaritia ad futurum; Prudentia politica verò recordatur illius quod heri factum, & prævidet ea, quæ cras futura sunt. Vera sapientia fert visum suum ex una parte ad initium temporis & creationem hominis, ex altera verò parte ad ipsam mortem, & usque ad æternitatem, ex his duabus extremitatibus ita ab invicem sejunctis ipsa sibi format suum præsens tempus, & ab hodierna die desuper cogitare non cessat.

### REGULA QUINTA.

*Impius cum in profundum venerit, contemnit. Prov. 18.*

#### PARAPHRASIS.

*Ratio, quare non seriò super has veritates christianas reflexionem facias, & tuam conversionem vilipendas, quasi rem minimam pro homine docto & nobili, est ipsa consuetudo, quam contraxisti vivendo disordinate, & nihil tuis passionibus denegando.*

*Ista mala consuetudo est fundamentum abyssus, ex qua rarissime peccator egredietur ad vitam poenitentia ac salutis. Opor-*



tet nihilominus exinde egredi. SS. Patres & spiritali vita dedita persona tibi desuper modos insinuabunt, optimus verò est, quem in sequenti regula comprehendes.

## REGULA SEXTA.

*Vt scivi, quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det: adij Dominum, & deprecatus sum illum ex totis precordijs meis.*

Sap. 8.

## PARAPHRASIS.

*Dum desiderarem obtinere gratiam & vincere meas malas habitudines, sancteq; vivere, deprecatus sum eum ex omnibus precordijs, & tam ardentem, quam aliquod desiderium illud petere possit, irrigatus lacrymis & projectus ante altare, ubi inaudiui vocem suam quae me vocavit ad poenitentiam, dixi Domine! Ipsa sapientia & lumen, per quod monstras homini pulchritudinem virtutis, est apud te, infunde illud mihi. Tu mihi injungis, ut sim castus & devotus, da mihi devotionem & castitiam.*

*stitem, & postea manda mihi omnia  
qua tibi placent.*

## REFLEXIO.

**N**Unquam spera gratias tam spiri-  
tuales quàm temporales, nisi eas  
petieris. Absque assiduitate orationis,  
habebis tantum gratiam, quæ tribuit ca-  
stitatem in actu primo, sed secundum  
regulas ordinarias Sapientiæ, non habe-  
bis nisi per medium orationis eam gra-  
tiam, quæ tribuit plenam voluntatem  
hoc bonum desiderium perficiendi.

Eodem modo non eas spera, nisi illas  
petieris forriter ex ardenti & sincero  
corde. Hinc.

Non ferventer ad Deum orare, ut  
tuæ infelicis vitæ misereatur, est orare,  
ut cesset te punire, quò possis adhuc dif-  
ferre tuam conversionem; & est, quasi  
de te ipso attesteris, quod timeas ne ex-  
audiaris, quia times frangere catenas,  
quibus ligatus es ad Creaturas, & quia  
times imposterum nihil aliud amare,  
quàm ipsum solum.

Deus enim vult, dum oramus, ut &  
ipsa nostra præcordia, si foret possibile,  
habe-

habeant vocem, & ut in nobis sit quasi  
aliquis ignis divinus, qui det nostris ful-  
piriis vim ad ipsum ascendendi, & eum  
insequendi, quamvis iustitia sua vellet,  
ut fugeremus, ne exaudiremur.

Deus etenim desiderat, ut eum pre-  
cibus insequamur, & apud eum impor-  
tunè sollicitemur: Insequaris eum, & sis  
constanter importunus: non timeas  
quod possis per suam resistantiam vinci,  
ne constanter perseverare possis.

Spera in ipsius verbis, sicut Sancti fe-  
cerunt semper sperantes, etiam dum ni-  
hil haberent quod sperarent, dic ipsi,  
quando videbis jam ipsius manum quasi  
extensam, ut immoleris, & quando vi-  
debis dexteram ipsius tuo cordi infixam,  
quod ex gremio mortis, usque ad por-  
tas inferni adores ipsius bonitatem, ex-  
pectes ejus gratiam, & sis securus de ip-  
sius succursu.

Dic quod sit perire, dum quis fugit  
ipsius minas, quod non sit locus secu-  
rior in mundo, dum irascitur, quam esse  
apud ipsum; quod apud eum sit unicus  
locus, in quo afflicti peccatores, & ipsi

mor-

quasi  
s ful-  
eum  
ellet,  
mortui possunt invenire salutem. *Ad  
quem ibimus? verba vite aeterna habes.*  
Sum peccator & sum mortalis, quò ibo  
nisi ad te Deus?

pre-  
por-  
& su-  
meat  
inci-  
ti fe-  
n ni-  
ipfi,  
quasi  
o vi-  
xam,  
por-  
, ex  
e ip-  
fugit  
ecu-  
n esse  
nicus  
& ipfi  
mor-  
Confitearis quod omnia possit, quod  
sit Dominus, sed crede firmiter, quod  
quamvis sit Omnipotens, non tamen  
possit resistere precibus humilium & af-  
flictorum, & cum in ipso omnes confi-  
dentiae inhabitent, provoca sincerè ad  
ejus misericordiam, quia non poterit te  
aspicere absque commiseratione, & de-  
relinquere illud cor, quod sincerè suae  
protectioni & amori se submittit.

Loquere audacter, & dic cum Ca-  
nanea muliere, ne sit tecum crudelior  
& inexorabilior, quàm herus erga suae  
domus caniculos, & quod tantum desi-  
deres micas ex sua mensa, & reliquias  
Sanctorum: loquere quemadmodum  
dicta mulier, quae tam benè scivit, quo-  
modo summo Deo loqui oporteat; &  
si tuam importunitatem dedignetur, te  
repellat, & jubeat discedere, permane,  
& projice te ad ejus pedes, ac declara  
eidem, quod non sis discessurus, usque  
dum

dum tuam importunitatem aut mor-  
puniverit, aut te exaudiverit; den-  
que tam benè facias, & non desiste à tu-  
sanctis violentiis, usque dum ab ipsi-  
audias illud amicabile verbum, quo  
pluribus peccatoribus consolationem  
dedit, & tibi injungat dicere: *O multa  
magna est fides tua, fiat tibi sicut vis*: Ob-  
stupeo ô creatura infidelis, quam magis  
est confidentia & fides tua, vade in pa-  
ce, & petitioni tuæ satisfiat.

Principis alicujus terrestris gloria et  
prævenire petitiones & dare antequam  
aliquis sibi loquatur: Gloria verò Dei  
est, expectare usque dum exoretur, et  
eò liberalior est, quò magis rogatur,  
quo magis aliquis ingemiscit, antequam  
petitionem suam exaudiat. Ipsius bene-  
ficium cessat quodammodo esse bene-  
ficium, quando nimis citò alicui confere-  
tur. Ipsius gratia non est perfecta gra-  
tia, nec perseverantia, nisi quando  
evenit post longa constanter perseve-  
rantia desideria.

Attende ne statim cedas primæ sus-  
denegationi, & ne recedas quasi ex dis-  
plicen

plicentia vel desperatione, aut pusillanimitate. Hæc erat eorum infelicitas, qui nihil obtinuerunt: Verum secretum obtinendi est, esse importunum.

Quantum nostra importunitas hominibus displicet, tantum ea Deo placet. Ipsa est verum signum, quando petimus favores spirituales, quod hos ardentius desideremus: & quando petimus favores temporales, ipsa est signum, quod eosdem velimus ab ipso solo obtinere, quod omnibus aliis expectationibus renunciemus. Unum & alterum omnia possunt apud ipsius misericordiam & justitiam. Videt in nostris continuis & importunis precibus probas alicujus filialis confidentiæ, quæ ipsi cor aperit & infinitè placet.

### REGULA SEPTIMA.

*Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo: In omnibus vijs cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.*  
Prov. 3.

PARA-

*Omne[m] spem tuam in Deo pone, ipsam  
bonitati & providentia[m] confide negotia  
tua. Respice super eum in tuis  
actionibus, & cor tuum funda super  
eum: hæc enim est optima & vera re-  
gula, quam tibi possis proponere & ha-  
bere ad scite[m] & feliciter tuas persi-  
ciendi actiones. Quamdiu oculi tui  
cum confidentia & amore Deum re-  
spicient, manum suam tibi porriget,  
& absque omni timore progredieris.*

## REFLEXIO.

**M**ultos miserabiles in hoc mundo  
conspicimus, quia paucas vide-  
mus personas, quæ se Deo velint con-  
fidere.

Nihil enim sapius nobis promissum  
fuit, quàm quod Deus in se sperantibus  
assistat, & tamen nihil minùs quàm hoc  
probare volumus. Confidimus quidem  
aliquando in eum, sed sicut sanctus Pe-  
trus super aquas, cum tremore & dubio,  
an possit vel velit nobis assistere.

Potiùs confidimus favori creatura-  
rum, & quærimus nostram quietem,  
confi-

confidendo iis & eorum dictis. Sed sicut dixit Isaias : *Confidere arundinibus veniioribus & crudelibus, quæ cum suis absconditis aculeis perforant manum hominis, qui innixus fuerit eis.*

Creaturæ nos decipiunt, nec potentiam habent nos portandi, sed nos decipiendi & destruendi.

Earum aditus magnifici magnam nobis spem conferunt, sed prima illarum dona sunt promissa, deinde excusationes, postea despectus, ultimò deceptiones.

Cum his ordinariè amicitia hujus mundi finiuntur, & nihil nobis magis ruborem excutit, ac fletus prorumpere facit, quàm quod crediderimus, speraverimus & amaverimus, quia semper in his decipimur, nam ab his perfidis spebus & cæcis amicitis oriuntur despectus, displicentiæ & desperationes.

Hæ tres res, fides, spes, & amor sunt quidem tres Theologicæ virtutes, & tres supereminentes perfectiones, quando Deum respiciunt, quando autem creaturas respiciunt, sunt tres imperfectio-

**B** nes,



nes, & tria vitia, quæ ruborem hominum excutiunt.

Quando confidimus verbo divini & in nobis nullum timorem sentimus nihil ab extra nos concutere potest, ambulamus securè per omnia pericula, & disordines mundi, ambulamus enim in fluctibus, sicut super immobilia saxa. Deus est, qui confirmat omnia, & sustentat: sed ex quo diffidentia nobis timorem ineutit, reliquum itidem concutitur, & nihil circa nos videmus quæ præcipitia, quæ aperiuntur & nobis mortem ac infernum ostendunt.

Sanctus Petrus inculpavit tempestatem ob sibi imminens periculum, Dominus minus verò inculpavit ejus timorem & inbecillitatem. Quando incipimus periculum inculpamus fortunam vel malitiam hominum, & interrogamus Deum, quare non compescuerit ventos, & à nobis averterit infortunia. Deus, qui ipsam veritatem, nostram parvam inculpavit confidentiam. Ille nos interrogat, quare dubitaverimus de suo verbo, & de suo amore, & quare timuerimus? *Modus fidei, quare dubitasti?* REGU

REGULA OCTAVA.

*Esto misericors, & eris tu velut Ab-*  
*tissimi filius. Eccl. 4.*

PARAPHRASIS.

*Qui aspirat ad salutem & ad gratiam*  
*esse in numero predestinatorum &*  
*prolium Dei, debet etiam ferre sig-*  
*num Electorum, & eligere sibi pro*  
*particulari virtute, ut sit charita-*  
*tivus erga eos, qui patiuntur.*

REFLEXIO.

**I**N hoc consistit vera devotio, sicut in  
illo vera nobilitas, & verus animus:  
Hæ tres eminentes qualitates non ha-  
bent nisi unicum signum, quod eas co-  
gnosceret facit. Character earum com-  
munis est, unam bonitatem magnani-  
mam, & unam inclinationem sinceram  
absque interesse aliis inservire, & illis in  
suis doloribus & anxietatibus subvenire:  
si hic non est character tuæ animæ, & si  
hæc virtus tibi displicet, non es homo  
honestus, alicujus conditionis, nec ho-  
mo devotus & conscientiosus, nec qui-  
dem Christianus. Populus te nomina-

bit sicut ipsi placuerit ; Deus qui omni  
videt, vocabit te infidelem & reprobum

Lex Christiana in puncto misericor  
dia & charitatis eò magis te tangit , qu  
plus auctoritatis habes, & quò in major  
positus es dignitate.

Non cognosce solummodo privile  
gia nobilitatis & tui officii, sed cognosce  
pariter tuas obligationes, & recorda  
quod Deus te super alios extulerit in  
liqua Civitate aut Provincia, quemad  
modum elevavit solem super homines  
tanquam universalis eorum benefactor

Quod si magnam in aliqua Provinc  
geris potestatem, etiam tuæ obligatio  
nis est, protegere innocentes, & susti  
nere pusillanimes ; Et quot vides mis  
rabiles. Tot personis succurrendi tui o  
ficii erit. Tempus & sollicitudo non su  
pro te solo, tuam etiam vitam De  
ipsis donavit, hinc eam pro eorum se  
vitio impende.

Succurre illis quos injustitia & in  
dia persequuntur, & à quibus ejulatio  
& clamores intendis. Sit tibi cordi  
liberare ab oppressione superborum,

brachium tuum fortifica, ut eos de manibus eorum eripias. Nullum aliud negotium huic præpone, nullam quietem tibi promitte, usque dum bonæ vitæ homines in illis partibus, ubi auctoritate prævalueris, in quiete fuerint.

Exaudi pauperes absque iracundia, impatientia, aut despectu, da illis ad minimum aditum, ut tibi loqui possint, & non adde eorum afflictionibus hanc tristitiam, quâ vident se rejici, & quasi cum indignatione eorum miserias audiri. Audi eos & non sis tam crudelis, quo iis doneges unum vel alterum consolatorium verbum, ad minimum aliquam dulcedinem in oculis tuis præfer, & non crede, quod dignitati tuæ præjudices, eò quod afflictos exaudias, aut coram te plorare permittas.

Age cum Deo sicut Sclavus cum herro, & cum simplicibus sicut frater, cum superbis verò sicut Magister, & coram eis authoritatem tuam præfer. Exalta te super insolentiam hominum, & humilia te sub majestate & potentia divina. Sis humilis coram Deo, qui te exaltavit,

B 3

ado-

adora eam manum, quæ te destrueret  
 let, habe compassionem miseriarum  
 quæ & tibi communes esse possunt,  
 non despice lachrymas decedentes ex  
 oculis, qui tuis sunt similes.

Non sis in tua Provincia aut in te  
 bonis sicut Leo, qui omnia sibi ob  
 lacerat: pudeat te vivere, & familia  
 tuam perire; domum tuam esse infel  
 cem, quia tu ei dominaris, & ut illi q  
 tecum sunt, tanquam damnati tecu  
 degant, ut tecum sint ad sufferendos  
 rores & stultitias ejus dæmonis, à quo  
 gitaris.

Vive eo modo, quo homo hono  
 tus vivere tenetur semper æquali animo  
 tibi præsens, & attentus tuis negoti  
 pacificus in omnibus fortunæ volubil  
 tatibus; æquus & affabilis erga tuos de  
 mesticos, officiosus erga amicos, char  
 tativus erga pauperes, & erga omni  
 animo discreto.

Nihil pulchrius inter tuas divitias  
 tuam dignitatem habeas, quàm pluribi  
 posse servire: imaginare tibi quod om  
 nia servitia & submissiones, quæ tibi de  
 feruntur.

feruntur, & quod omnes amicitiae quae tibi in conversationibus demonstrantur, tibi nullius sint honoris, & quod tibi iniustae forent, nisi operam dare velis, plus honoris & officii demonstrare, quam tibi deferatur, & nisi tantum amare velis, quantum amaris.

## REGULA NONA.

*Superbum sequitur humilitas: spiritum humilem suscipiet gloria.*

Prov. 29.

## PARAPHRASIS.

*Gloria querit animos humiles, & quamvis se occultent, illa tamen eos inveniet. Superbi qui eam querunt, humiliabuntur: Omnis enim qui per arrogantiam aut superbiam se exaltare contendit, illud inveniet quod maxime fugit, & cadet in opprobrium, ibidemque peribit.*

## REFLEXIO.

**N**ull datur hujus exceptio inter Angelos, nulla est pariter pro hominibus. Magis perfecti & magis amabile

B 4

bilis

biles minus æstimantur , imò odio habentur ex momento quo incipiunt superbire. Arrogantia aliqualis mixta inter eorundem perfectiones & virtutes talem figuram homini format , quam nemo sufferre potest. Quod putredo est in homine mortuo , hoc est superbia apud animos immortales ; ubique sunt insupportabiles , non æstimantur amplius in cælo , nec in terris , quàm cum horrore in eorum despectum & odium uterque mundus conspirat.

Sic à contrario communis est conspiratio pro honore humilitatis. Admiratio hominum, amicitia Angelorum, favor Filii Dei, omnia dona cælorum , & omnis honor in tempore & æternitate sunt pro humilibus ; & non dantur modo majores homines in aulis , & prædestinati in Ecclesia , quam humiles , nec videbimus alios Beatos in paradiso, gratia & gloria est eorum hæreditas. Unicuique & verum secretum, ut quis honoretur, est, seipsum despiceret : *Spiritum humilem suscipiet gloria.*

Pro vero tui despectu addisce, & scias  
benè

benè qualis sis : quod non addisces legendo libros, nec audiendo Doctores, tua conscientia hoc tibi dicere & dictare debet. Interroga illam, & ex momento quo eam audieris, & attentè consideraveris, quid ea desuper sciat, & quid ea desuper te credere & confiteri coget, incipies esse humilis.

Omnis humilitas in eo consistit, ut dicas ex corde & cum aliquo remorsu devoto & sincero, quod ex te nihil sis, quam peccatum, error & corruptio, & quod alia quæ in tua persona inveniuntur, veniant à Creatore. Si nascendo aliquem majorem gradum, & naturales qualitates præ aliis obtinuisti, quod hæc qualitates non fuerint pretium tuæ virtutis, nec opus tuarum manuum, sed donum sui amoris & providentiæ, nam in veritate multas tibi contulit gratias, quæ adhuc crescunt omni die, & cum iis pariter tua peccata, & hæc sunt duo notabilia in tua vita; unum quod tuæ miseriæ non retinuerint Deum, quò te non tenerrimè amaverit, & bonis auxerit; alterum, quod tot beneficia, & tantum



tum amoris te non impediverint esse ingratum; qualis tamdiu fuisti, quamdiu scivisti, quod te amet.

Dicas hoc ex corde, & desuper sincere cogita; ante omnia sollicitus sis, ut tui aspectus humiles & respectuosi, tui gestus & motus corporis, & omnia, quae adextrà apparent, ferant signum huius opinionis, quam de te concepisti, & de tuis interioribus despectibus, quos de tua persona geris. Habe in conversationibus talem modestiam, quæ sit imago tuæ humilis & innocentis animæ, habe eandem modestiam in tuis actibus omni occasione, & erga unamquamque personam. In omni occasione vive & loquere sicut homo, qui evidenter agnoscit suam indignitatem.

Dum conversaris cum Deo temporis orationis, aut aliis devotis vitæ tuæ exercitiis, si vis ipsi placere, & mereri, ut eligat pro gloria suæ potentiae, sit tua principalis devotio, ipsi representare quantum promeritus sis, ut ab eo despicaris; Contemplando suas veritates tuas confitearis: aspice tuas tenebras

in ipsius lumine, habe desuper confu-  
sionem tui, time, & plora. In quocun-  
que statu, in quem per suam gratiam ele-  
vatus es, non cessa eum adorare per tui  
nihillationes proprias pro uno nihilo  
quod peccavit, & quod se dignum fe-  
cit, ut sit pejus & miserabilius, quam  
fuerit ab æternitate, dum adhuc nihil  
fuiisset.

Quando negotia in exercitio tuæ au-  
ctoritatis inter personas tractas, quæ te  
quærunt & honorant, si vis ut sincerè  
operentur, demonstra ipsis, quod te  
ipsum etiam benè cognoscas.

Ita agas ut in tua fronte & operibus,  
in tuis actionibus & loquelis appareat,  
quod non ignores, qualis sis etiam in  
medio tuarum felicitatum & honorum:  
nempè quod in medio alicujus magni-  
ficæ divitiarum tumbæ non sis aliud,  
quam aliqua umbra, vel parum cinerum  
sub illa absconditorum: quod quidem  
coram talibus personis eminentiorem  
gradum Judicis aut Domini præferas;  
Sed quod ante Deum non alium, quam  
nihili & peccatoris feras gradum.

Non dicas hoc ore, satis est, ut hoc credas: ipsa verò perfectio in hoc consistit, ut hoc quod dixi, taliter credas, & tam benè menti tuæ imprimas, ita ut hæc animæ tuæ cogitationes clarè in oculis tuis per modestiam tuam appareant.

Operare taliter, ut in tuis actionibus & tuis verbis tali modo appareant, quo magni homines tam amabiles & potentes super aliorum corda se fecerunt, & dum quilibet vidit, quod actus humilitatis conjuncti cum perspicacia illorum intellectûs, mixti fuerant inter illorum virtutes & gloriosas actiones.

Quando es in conversatione, ubi semper rarum est, invenire hominem se ipsum cognoscentem, qui modestè & humiliter loquatur, sis tu humilis & sine affectatione & vana gloria.

Non te lauda nec te vitupera, sed observa leges Sapientiæ, & sic de te nec quid boni nec quid mali dicas. Et non te æstimes hominem solummodo minus perfectum quàm alios, sed tanquam aliud quod nihilum, de quo nihil dicendum, nec quicquam loqui oportet.

Non

Non petas ut homines te vituperent, sed solummodò non irascaris, dum hoc faciunt, & conare esse satis humilis cum desiderio, ut hoc fiat, & amandi eos qui illud facient; Nec lauda eos, qui vituperio digni sunt, sed sis contentus, quod neminem damnes.

Dum occurris personis vituperio dignis, non illas despice, sed ex illis quomodo tu ipsemet vituperari deberes, addisce, aspice illos sicut aliquod speculum, quod hanc tibi demonstrat veritatem.

Umbram quam vides ad tuos pedes, dum sol radios suos super te diffundit, non est aliud quàm aliqua figura, quæ tuum repræsentat corpus taliter, sicut foret in nocte nigrum & tenebrosum, & qualiter semper fuisset, si nunquam hoc astrum apparuisset.

Homines miserabiles quos in hoc mundo invenis, dum Deus benedictiones suas, felicitates & bona alia tibi largitur, quid aliud faciunt, quam expressam tuæ formæ imaginem, in qua perfectè repræsentaris talis, qualis fores, si divina providentia te dereliquisset. **B 7 Dic**

Dic ergo tu qui dives es & felix, & cui nihil deest, quando vides aliquem pauperem plenum ulceribus & infirmitatibus super stramen jacentem, morientem fame & frigore, dic: hæc est mea umbra: ecce hoc essem, si Deus mei non sollicitus fuisset, nec particularibus dotasset beneficiis.

Tu qui desideras esse sapiens & devotus, dum audis loqui de scandalosa vita alicujus peccatoris, vel de aliqua diffamata peccatrice, dic similiter, hæc est mea umbra, hoc est quod fuisset, & quod adhuc hodie essem, si Deus me lumine suo privaret, & si ipsius gratia me derelinqueret.

Verum est, quod vita hujus hominis sit scandalosa & horribilis: sed hæc est tua imago: humiliare igitur & adorare misericordiam Dei, quæ magna in tua persona operata est.

### REGULA DECIMA.

*Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit. Prov. 12.*

PARA

## PARAPHRASIS.

*Homo iustus fruatur semper pace interna: nihil accidet quod ipsum extra ordinem ponat, vel quod in ipso motus excites irregulares. Timor & tristitia sunt tonitrua, quæ non ascendunt ad eam regionem, ad quam ipse per Dei gratiam est elevatus, ita ut quidem fragor & sonitus eò perveniant, sed pax eum non derelinquat, nam quamdiu anima ipsius erit in pace, parum curabit fortune suæ & negotiorum suorum perturbationem.*

## REFLEXIO.

**A** Suesce absque admiratione & terrore aspicere ea, quæ accidunt: dum enim afflictio supervenit, non irascaris contra Deum, & non derelinque tuam bonam intentionem, ipsi in æternum esse fidelis.

Suffer pœnam cum respectu & humilitate, nec cor & virtutem tuam unquam sub culpa, quàm suffers, cadere sinas. Recordare, quod Deus illos, qui sibi chari sunt, puniat, & sicut Pater, qui filium suum nunquam magis amat, quàm dum

dum respectuosè & humiliter correctio-  
nem suscipit ; ita homo nunquam ma-  
gis Creatori suo placet , quam dum est  
humilis, obediens & fidelis in suis adven-  
sitatibus.

Non est homo qui non aliquid patia-  
tur, non est verus Christianus, qui non  
cum patientia, & non est sanctus, qui non  
cum complacentia patiatur.

Principium sanctitatis est esse pacifi-  
cum & modestum sub manu Dei, qui  
nos affligit : Perfectio est, in hoc ponere  
suam felicitatem, & sufferre id quod A-  
postoli probârunt, dum exirent à suis  
iudicibus pleni opprobriorum & calum-  
niarum, de quibus sanctè gloriabantur,  
ambulantes in plateis sicut in triumpho  
inter contumelias Iesu Christi.

Ece summum statum vitæ spiritua-  
lis, de quo cum sanctis Patribus dicere  
audeo, quod nihil admirabilius in no-  
va & potenti gratia verbi incarnati con-  
spici possit, quam videre hominem, qui  
in medio paupertatum & suæ domus  
ruinarum fruatur in anima sua, pace cæ-  
lesti, & qui de nullo alio conqueritur  
illis

illis qui ipsum visitant, nec Angelis qui ipsum contemplantur, quàm de eo, de quo sanctus Paulus loquitur, dum pateretur: *superabundo gratia: gaudium me opprimit, excedit culpam measque vires.*

Hæ erant cogitationes Sanctorum, semper loquebantur de tempore afflictionum, sicut de felici tempore, quod vel maximè desiderabant.

In effectu enim per afflictiones fimus quasi similes crucifixo Salvatore in terris, æquamur Martyribus in coelis, & transcendimus Angelos, dum morimur.

Mori & pati sunt consummationes divinæ charitatis, & hæc erat sublimitas verbi incarnati, dum consummaret amorem in cruce inter dolores mortis exclamando: *Consummatum est.*

Angeli non ascendunt ad hanc felicitatem, sed tu potes anima devota. Aspira illuc, cum habeas mortalem & passibilem naturam. Non sufficit imitari Angelos, & amare; fac id, quod est in ipsis inimitabile, ama patiendo & moriendo.

Ad minimum conserva te in tali statu  
per



per patientiam, dum infirmitates, paupertates aut alia miseria te opprimunt, tuum cor in talibus oppressionibus non finas cadere, & non permittes, ut persecutiones & agitationes mundi te turbent, & tibi demant aliquid de pace tua interiore.

Maximè gere curam, ne turberis propter dolores & inquietudines quae nobis ipsismet radicem habent, quae nascuntur ex nostra corruptione, sicut sunt melancholia, timores scrupulosi, & alia tormenta infirmae & timidae imaginationis, major pars harum in nobis absconditarum miseriorum, & incurabilium per humanam industriam, non sunt aliud, quam interior nox cum nubibus in quibus Dæmon format spectra & visiones nobis timores injiciendi.

Non perturberis, nec teras tempus cum ipsis disputando, aut digladiando contra talia chimerica monstra. Expecta solummodo in patientia adventum aurorae, quae ipsa absque strepitu destruet, & quae tibi dabit cognoscere errores tuorum timorum & inquietudinum.

Loquetur

Loquor de Sapiaentia, quam Deus ordinariè post tales obscuritates oriri facit apud animas sanctas.

Sapiaentia enim est primus radius luminis gloriæ, & veræ auroræ futuri diei æternitatis.

Hæc est illa aurora, quæ dissipat in imaginatione hominis omnia somnia, chimeras, & ignorantias, quæ rationem ad primævum statum reducit, quæ veritates reddit evidentes, quæ causat virtutis amorem, quæ intrepidum cor facit renasci, quæ reportat spem cum lumine, & quæ in nostro Horizonte apparet, ut nobis annunciet, solem certè ad nos venire, & nos esse in numero Prædestinatorum, qui illum videbunt.

Nunquam turberis, aut in inquietudines decidas ob causam talium secretarum persecutionum, aut volubilium fortunæ accidentium, nec etiam turberis ob tua peccata, & quod in eadem inopinatè relapsus fueris.

Dum enim in aliquem errorem cadis, non clames, nec conqueraris sicut infans qui ad lutum cecidit. Revoca bono modo

do

consilia  
Sapiaentia  
CIV  
43



do te ipsum , & auxilium ipsemet tibi  
 presta , dando manum misericordiae,  
 quæ tibi suam porrigit : Plora & spera.  
 Odio habeas malitiam & debilitatem,  
 quæ tui peccati causa fuit , & adora Sa-  
 pientiam Dei , qui ex isto tuo statu in-  
 felici & probroso suam sciet promere  
 gloriam.

Addisce , quod ex majoribus divinis  
 actionibus suæ potentia , & amoris scit  
 mutare in bonum , malum quod fecisti.  
 Dum enim ruborem habes te ipsum vi-  
 dendi , contemplare cum admiratione  
 intentiones amoris & gratia , quas sua  
 providentia meditatur occasione tui er-  
 roris.

Time ipsius justitiam & eam fuge,  
 sed nunquam aliter eam fuge , quam  
 currendo ad ipsius bonitatem. Sentias  
 compunctionem sine abiectione cordis:  
 habeas resolutionem te in posterum  
 melius gubernandi sine impatientia, aut  
 desperatione ejus , quod fortè commi-  
 sisti.

Quamvis vera contritio conterat  
 cor , habet tamen illa aliquales dulcedi-  
 nes,

nes, quæ nos sustentant, & quæ eam ostendunt, & distinguunt inter falsam poenitentiam.

Duo certiora signa, quod simus in tali statu in quo nos Deus habere vult, sunt tranquillitas & humilitas: sis certus, quod omne negotium aut actio nimis operosa, etsi sanctissima, fiat sine intentione placendi Deo, quod omnis inspiratio, quæ tibi causat aliquam inordinatam confusionem, non veniat à Spiritu sancto: quod omnis dolor tuorum peccatorum, qui ad aliquam ducit desperationem, veniat infallibiliter ab ipso Dæmone, quod omnis mortificatio, quæ te inobedientem aut superbum efficit, sit consilium proveniens à tuo inimico; Quod omnis humilitas, quæ in te format timorem, quasi nullam haberes sperare veniam, & quod Deus tuas despiciat lachrymas, sit falsa & dolosa, te deducens ad impatientiam, & ad mortem superborum & reproborum.

Tracta te cum contemptu, & maiore severitate, quàm potes, humiliare & confitere, quod sanctitas sit supra tuum  
ani.

consilia  
sapiant  
Omn  
43 d



animum, quod sis pusillanimis, ignavus,  
& hominum ingratus; Sed non  
habeas humilitatem damnatorum, &  
non dicas, quod tua salus excedat tuas  
vires.

Roga & exora Deum, ut tibi det id  
quod tibi mandat, offer te ipsi & pete  
ut id quod sibi placet, tibi imponere  
mandare velit.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### *De Regimine Rationis.*

#### REGULA PRIM A.

*Veritatem eme, & noli vendere Sa-  
pientiam. Prov. 23.*

#### PARAPHRASIS.

*Conare acquirere, & attende, ne vende  
id, quod plus valet, quàm omne au-  
rum & argentum totius mundi.*

*Eme Veritatem, sed non amitte Sapien-  
tiam, non separa has duas virtutes  
posside utramque.*

*Ut Veritas sit in tuo ore & loquelis, Sa-  
pientia verò in tua mente & cogita-  
tionibus; Quando de una vel altera*

re judicas, recognosce eam benè, & non te ipsum decipias; Quando verò de ea loqueris, non mentiaris, & non decipias eos, qui te audiunt.

Sapienter cogita, & sincerè loquere. Uno verbo aspira ad statum magis perfectum & magis altum, quo ratio & intellectus hominis elevari potest. Hoc cordis habeas, nihil credere & nihil loqui, quod non sit verum; Sis sapiens & sis sincerus. Veritatem eme, & noli vendere Sapientiam.

## REFLEXIO.

**H**Æc est gratia pretiosa, esse sincerum, & non succumbere ad aliquam injustitiam, aut hujus adulationes, dum te volunt inducere, ut dicas aliquid mendacium, & prodas tuam conscientiam.

Plerique emerunt hanc gratiam proprio sanguine, & dederunt pro ea id, quod charissimum in mundo habuerant: Nulli pretio parcas, & si illam necdum habes, eme ipsam pro quocunq; pretio. Quidcunq; dederis minùs quàm illa valet. Non timeas mori: time vivere sine re-  
puta-

putatione, quod sis tui verbi tenax, & minus ames veritatem quàm unam vitam mortalem, & unam miserabilem fortunam. *Erge Veritatem.*

Insculpas cordi tuo hanc regulam quam quidam sapiens Princeps scripsit digito super labia filii sui: *Potius perire quàm mentiri.* Magis odio habeas mendacium quàm ipsam mortem: quam vocetur in societatibus innocentissimum inter alia peccata, & in aulis peccatum necessarium, voca tu illud infamissimum naturæ & insupportabilissimum homini honorato, & conscientioso.

Et quia in anima tua geris expressam imaginem Veritatis divinæ, tibi applica id quod Salamon de Regibus dixit quod qualecunque ornamentum tu possis dare alicui mendacio, id tamen infamissimum tuo ori foret.

Nulli decet nisi Angelo illi superbo qui illud pro caractere elegit, & qui per illud incepit esse horror naturæ, transformari in Dæmonem.

Prima propositio quam fecit Angelus

in cœlo, fuit mendacium; primum verbum quod pronunciavit super terram, fuit itidem aliud mendacium, quod homini exposuit: Prima cogitatio quam habuit in ingressu ad infernum, & prima resolutio, quam ibi sumpsit ad vindicandum se contra Deum, fuit in æternum mentiri. Et denique prima promissio quam sibi ipsimet fecit pro consolatione suarum pœnarum, fuit, omnes homines ad mentiendum inducere, & invenire medium, quo possit dilatare suam corruptionem, & suum proprium peccatum, eò usque quò dilatatum fuit peccatum primi hominis.

Resolutio heu! in qua fuerat nimis felix, & quæ ei usque ad hodiernum diem per sex mille succedit annos: quis est enim ille homo, qui non mentiatur? Infantes mentiuntur in cunis & inter brachia innocentia: Philosophi, & ipsi Sancti in scholis Sapientiæ & in ipso throno veritatis. In quovis statu & in quavis ætate; Inter omnes qui peccarunt in Adam, & qui potuerunt loqui, non fuerat ullus, qui non mentitus fuisset.

C

set



set, & qui in ore & lingua non circumtulisset hanc Dæmonis imaginem.

Non eam tuo relinque ori, remove quod residuum est de hac infelici inclinatione, & detestare hoc fatale peccatum. Politici super eo student, multi illo suam sumunt recreationem, & in eo ponunt artem & scientiam. Et quod fecerunt magni homines, nomen tui cordis abominationem; Confide & tene illud pro errore indigno, & infami accidente animæ nobilioris.

Verùm si pudet mentiri & decipi non minus pudeat decipi à mendaciantibus. Libertas & sinceritas sunt virtutes magni pretii, posside illas, pro possidendis illis non vende tuam prudentiam.

Est enim lumen, quod sicut oculis necessariò possidere debes, confere eam & recordare, quod aliàs in nocte & tenebris vivas.

Deceptiones, præcipitia, & tenebre sunt super terram, non ambules, non progrediaris, nisi illuminatus, ubi sis, quid circa te sit.

Vides multos ignes volatiles & igni-  
as exhalationes, attende ne eas accipias  
pro facibus, & nota tibi inter tuas re-  
gulas, quod major infelicitas & contu-  
melia, quàm maximè timenda homini  
rationali, sit, sequi luminaria contrafa-  
cta, & esse ludibrium nequitia & hypo-  
crite.

Recognosce homines, qui tecum  
tractant, aut qui te accedunt, habe scien-  
tiam legendi in eorum cordibus, quando  
tibi loquuntur, & ex materiis, quas tibi  
dicunt, intelligendi eas, quas dissimu-  
lant.

Distingue veram modestiam à falsa,  
& non permitte te decipi, dicit Salamon,  
per tales homines, qui sub facibus mo-  
destis & affabilibus, ac devotis loquelis  
ferunt in cordibus suis septem sortes ne-  
quitia & veneni, ad diffundendum in  
cor tuum.

Magnæ deceptiones eligunt ordina-  
riè magnas virtutes, ut exindè sibi fa-  
ciant velum se cum eo tegendi, &  
quando dictæ deceptiones sunt sub hoc  
velo, & dum tibi loquuntur, omnis illo-

Confilia  
Sapientie  
Omnia  
41 d



rum labor in hoc consistit, ut benè cotrofaciant vocem innocentia & amicitia: & hæc est inventio primi Traditoris & Deceptoris, qui in hoc mundo apparuit.

Id quod adhuc omnibus Traditoribus & Deceptoribus in hodiernum diem succedit; Quam enim sæpè sub faciebus & linguis quæ nostram attrahunt confidentiam, per affabiles Angelicas coperiuntur animæ diabolicæ? Humana prudentia omnia facit, ut id discoperiat: adhibe veram Sapientiam, cuius proprium est, ex oculis hominum, & eorum loquelis videre eorundem corda penetrare illorum intentionem.

Si eam habes, non derelinque illam propter adulationes amicitia & propter actus devotionis. Conserva illam tan benè, ut in omnibus negotiis & occasionibus, ii qui tecum agunt & tecum loquuntur, accipiant te pro tali homine, cui æqualiter impossibile est, decipere & decipi.

Ad minimùm non ignora quatuor res aut causas magis necessarias, quam

ordi

ordinariè magis incognitas, & magis occultas. Tuos proprios errores; cogitationes hominum; secreta naturæ; & veritates ipsius Dei.

Habemus apud nos ex beneficio providentiæ & gratiæ lumina ordinata ad has indagandas causas, & eas facillimè cognoscendas. Cognoscemus enim nostros errores & misérias ex lumine conscientiæ; Cogitationes & intentiones hominum, ex lumine experienciæ & Judicii; Secreta & miracula naturæ ex lumine Philosophiæ; & denique magnitudinem Dei & mysteria Religionis ex lumine fidei.

Sed ipsa felicitas ad quam debes aspirare, est, ut ipsa Sapientia seu Prudentia sit quintum & supremum lumen.

Quia sicut hæc lumina & accensæ faeces possunt aliquando extinguí, exercitium hujus Sapientiæ aut Prudentiæ est, eas semper accensas retinere, ut lumen in nocte & periculis nobis non desit.

Nimis multum dico: si vis meditari, omnia invenies in his duobus verbis: *Veritatem eme, & noli vendere Sapientiam.*

C 3

R. E.

consilia  
Sapientie  
Omnia  
43 d



## REGULA SECUNDA.

*Ne sis sapiens apud remetipsum. T*  
*me Dominum & recede à mal*

Prov. 3.

## PARAPHRASIS.

*Non sis sapiens tali modo, ut nemo nisi*  
*solus hoc credas, & non concipias*  
*aliquam Sapieniam, cujus tu es pr*  
*mus author, & quam ex tuo capi*  
*solus formasti.*

*Recordare, quod nulla alia sis Sapien*  
*quam illa antiqua & vera; hoc est*  
*mere Deum, & nihil facere contr*  
*leges conscientia & rationis.*

## REFLEXIO.

**N**Unquam tibi imagineris, quod  
 homo alicujus meriti, solus sis, qu  
 hoc ignorat, & qui nihil dicat.

Quicumque sibi imaginatur quod  
 sapiens, non diu erit, & quamprimū  
 hoc dicit, non est amplius, & forsitan  
 nunquam fuit.

Quilibet homo debet ignorare sua  
 perfectiones, ad minimum non debet  
 eas considerare, aut mente revolvere

Qui

Quia sumus naturæ spiritualis, oportet ut omnes nostræ actiones alicujus æstimationis & amicitia, aliquam quasi indifferentem à nostra tangant personam.

Timeamus nobis placere, ne nulli alteri quam nobis placeamus; & si volumus, ut amemur, simus solliciti ne apud alios in suspensionem incidamus, quod credamus, nos debere amari.

Uno verbo, ~~nos~~ter oculus & nostra lingua non sunt pro nobis, sicut nec nostrum cor: de se enim solo loqui, non est minor stultitia, quam secum loqui; se aspicere non plus valet, quam se ipsummet amare, & forsitan ejusdem periculi est cognoscere, id quod boni aliquis habet, quam ignorare quod quis mali possidet.

Idem est de virtute & pulchritudine nostræ animæ, quam turpitudine & nuditate nostri corporis; debemus hæc occultare nostris oculis; nec minus criminale est, ad unam vel alteram ex his oculos suos figere; omnes enim similes aspectus sunt aspectus immodesti, pudor & honestas oculos suos avertunt, & ipsa natura æqualiter erubescit. RE-

Confilia  
Sapientie  
Omnia  
et c.



## REGULA TERTIA.

*Altiora te ne quæsieris, & fortiora  
ne scrutatus fueris. Eccl 3.*

## PARAPHRASIS.

*Non conare id comprehendere, quod  
supra te, nec ea mysteria, quae tua  
superant vires. Contenteris id scire  
quod Deus tibi praecepit, & quod  
necessarium ad tuam salutem, &  
quoad ipsius opera naturalia, considera  
ra & contemplare cum admiratione  
ea, quae oculis tuis exponit, sed  
presumas notum facere id, quod  
habere incognitum.*

## REFLEXIO.

**E**Xcellentia & Scientia alicujus boni  
ratione præditi animi, dum hunc  
contemplatur mundum, non consistit  
videre & melius cognoscere, quam  
ea quæ nec videri nec cognosci possunt  
sed ut melius videat, & melius admire-  
tur id quod oculis apparet, & quod ip-  
sa providentia ad videndum exposuit.

Dum aliquis eruditus homo publice  
expositam considerat picturam, non

eo quærit gloriam, videre aliquam rem  
inuitabilem populo, Ignorantiores vi-  
dent tantum, quantum ipse id quod in  
ea pictura penicillus depinxit, sed non  
vident eo modo quo ipse.

Nam in hoc illos præcellit, quod vi-  
dendo talia opera consideret, & per suas  
reflexiones cognoscat & videat inten-  
tionem, id quod illi vident non nisi cum  
oculis corporeis, & quod non penetrat  
usque ad illorum cæcum animum.

Dum sapiens aliquis Philosophus  
contemplatur Solem & Stellas, ac in ta-  
libus incorruptilibus luminaribus videt  
vestigia aut umbras pulchritudinis ip-  
sius Creatoris, nihil videt quod non li-  
bertini & Athei clarè vident, & tam be-  
nè quam ille conspiciunt.

Sed parum est aspicere, etiam Aquilæ  
hoc faciunt, importat mirando con-  
siderare, quod non faciunt Impii, tam  
parùm quam ipsæ Bestiæ. Hæ umbræ  
divinitatis, & alia miracula, quæ intrant  
ad eorum sensus exteriores, non ulte-  
riùs progrediuntur, eorum brutalis &  
ignorans anima nihil agnoscit.



Proprium enim alicujus hominis prudentis est suo sensu & animo patefcere, id quod suis oculis natura aperit & in hoc differt à communi populo; & omnis ipsius sapientis & sublimis sensus gloria non consistit, sicut dixi, videre & cognoscere res invisibiles & incomprehensibiles.

Id quod ipsa providentia æqualiter omnibus hominibus voluit esse absconditum, dum Philosophi illud quaerunt & indagant, non sunt docti, nec sapientes, quàm dum sciunt, se illud non inventuros aut comprehensuros.

Vera Philosophia non est investiganda & in his quaestionibus, in quibus necesse fariò est dicendum: *Nihil scio, aut quod ego intelligo*, illi qui hoc citò dicunt, non desuper viginti annis student, illi sunt sapientiores & feliciores.

#### REGULA QUARTA.

*Ne innitaris prudentia tua.* Eccl. 1. 31.

#### PARAPHRASIS.

*Si queris veritatem, non credas tuis sensibus, & non innitaris tuis particulis.*

ribus opinionibus : Time quod ex tuo capite provenit, & omnem novitatem; Attende ne tibi desuper formes regulas Philosophia & tui Regiminis.

Prome de tua prudentia tot lumina, quot potes, sed proba eadem per lumina splendidiora & securiora, & dum te illuminat, habe alias faces, quæ hanc ipsam tuam prudentiam illuminent, & nunquam ambules in tenebris, aut penes precipitia cum ea sola.

REFLEXIO.

**N**E innitaris prudentiæ tuæ; Nam homo mendax non semper mentitur, est tamen magna imprudentia, confidere eisdem verbis.

Et quanquam nostra ratiocinatio aliquando nos non decipiat, non minùs tamen sumus culpabiles, dum illam audimus, & id accipimus pro certa aliqua veritate, quod scimus non nisi ab ipsa sola.

Hæc particularis ratiocinatio ipsum hominem decipit, & in perditionem deducit. Illa est quæ producit tot ignorantias, errores, impietates, falsas religio-

giones, & quæ format hos gradus obli-  
quos & vias erroneas, in quibus vido-  
mus tot homines errare.

Aliqui has vias ingrediuntur ex sim-  
plicitate, major verò pars ex superbia.  
Credunt quod ipsa sapientia & iustitia  
velint, ut eant in hanc partem, quia ipso-  
rum ratiocinatio eos illuc ducit.

Sed marabilem sequuntur viæ com-  
tem; Bestiæ ducuntur vi passionum sua-  
rum, stulti per ratiocinationem, & sa-  
pientes per ipsam rationem.

Nemo profitetur aliorum periculis.  
Quamquam quælibet Philosophia, dum  
res discutitur, ex præcordiis voce clara  
inclamitet pro informatione suorum a-  
micorum, quod ipsorum ratiocinatio  
eos deceperit, quilibet tamen credit  
quod sua propria ipsum non decipiat.  
Quilibet eam audit tanquam Magistrum.  
Nulla autoritas nec ipsius Evangelii &  
experientiæ eum convincit.

Superbi nullam quam hanc suam  
prudentiam respiciunt, & accidit plus  
quam unâ vice in quovis sæculo, ut quid-  
dam Philosophus præsumat examinare  
Religio-

Religionem, aut reformare elementa, & invertere mundum, ideò quia sua ratiocinatio ipsi dictavit, quod deberet hoc facere.

Nullus homo sapiens secundum suas humanas opiniones ratiocinando aliud certi didicit, quàm quod sua ratiocinatio sit cœca, & nihil aliud lucratus fuerit, quàm sibi ipsi dicere: *Ne innitaris prudentia tua.*

REGULA QUINTA.

*Sapientia clamitat in summis excelsisque verticibus supra viam, in medijs semitis stans, juxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens: O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum.*

Prov. 8.

PARAPHRASIS.

*Sapientia loquitur in montibus, & in magnis apertis vijs, ad portas urbium, in medio platearum, & in omnibus locis, ubi multitudinem hominum invenit. Ibi ipsa se inspirat linguis populorum*

Constituta  
Sapientia

QVI  
42 41



pulorum, & utitur eorum voce, ut  
 à longinquo audiatur, & fortius lo-  
 quatur supra viam in mediis semitis.  
 Illuc debent ire omnes curiosi, qui vo-  
 lunt addiscere eorum doctrinam, &  
 qui aspirant devenire oracula sua na-  
 tionis, ac Magistri scientiarum in A-  
 cademijs particularibus. O viri ad  
 vos clamito, ô Philosophi ad vos me  
 verba dirigo: Si verè vis esse sapiens  
 audias me, dum in congregationibus  
 hominum doceo veritates.

## R E F L E X I O.

**Q**Uod hic dicitur de populo, non  
 dicitur de congerie ordinariorum  
 hominum, sed de congregatione eorum  
 qui absque arte, absque artificio, absque  
 regula alicujus scientiæ acquisitæ, & absque  
 que alia reflexione loquuntur.

Vox hujus populi est vox Sapiencia  
 infusæ, vel meliùs dicendo, instinctiva  
 qui est impeccabilis, & qui semper fue-  
 rat verus Magister Philosophorum  
 Super quo considera tria sequentia:

I. Quod negotium nostræ vitæ, si fu-  
 erit à Deo ratione præditi, est studere  
 & nos

& nos impendere ad cognoscendum magis abscondita naturæ miracula.

2. Quod negotium Creatoris die nostræ nativitatis sit, nos instruere, & sculperere ad altiorem partem nostræ animæ prima principia, & primas, fundamentalesque veritates hujus Philosophiæ naturalis.

3. Quod negotium instinctus sit facere, ut hæ longinquæ veritates accedant nostris sensibus, & ut eas melius cognoscere possimus, eas ponere ad linguas populorum, & nobis eas annunciare per vocem generalem omnium nationum.

Hoc quod dicunt omnes nationes, & quod dicunt communi assensu à principio sæculorum, dixerunt impulsivi per hunc instinctum, qui hominem nihil aliud docet, & qui ipsi nihil aliud dicit, quàm hoc quod invenit scriptum per manum Dei in ratione omnium hominum.

Uno verbo, quod est vox sancti Spiritus in Theologia Christiana, & vox conscientie in morali, est vox instinctus  
& pe-

consilia  
sapientie  
C. 17  
47 4



& populi in Physica ; Hic est qui pronunciat decisiones & decreta inconstabilia.

Populus est cœcus & ignorans , sed benè directus : Non intelligit quod dicit, tamen verum loquitur , & nostram gloria studendo vel docendo non ipsum corrigere , vel aliter loqui quàm ipse, sed explicare sua verba, & ea melius intelligere , quàm ille ipsemet intelligat.

Hæc est illa vox publica & universalis, supra quam docti Philosophi debent fulcire suam scientiam ; Antequam ratiocinentur super aliqua re in hoc mundo visibili, debent interrogare hunc ignorantem populum, & audire quomodo loquatur in plateis, ut sciant quomodo debeant loqui in scholis , & ut ex ejus responso , sicut ex divino principio stabiliant suas propositiones , & omnia opera suæ particularis doctrinæ.

Sequere hoc consilium & retine hanc regulam , & qualiscunque appetitus tibi veniat , qui te invitet alias sumendi regulas , non tamen eas derelinque.

Si vis esse author alicujus novæ intentionis, & ædificare in aëre, loco ut ædifices in terra, non ædificabis aliud quàm stultitias & ruinas. Et si ad meliùs redigendum in ordinem tuas novas opiniones, quæ tibi incident, & ad formandum tuam mirabilem Philosophiam tibi videretur necessarium esse, mendaciis convincere populum, & dicere, quod ignis non habeat calorem, quod nix non habeat albedinem, vel alias qualitates; Quod terra non sit immobilis, quod bestia non vivat, quod anima hominis non sit immortalis, & si voles ut hæc sint principia scripta in voluminibus tuæ mirabilis Philosophiæ, omnia tua miracula non erunt alia quàm somnia, impietates & ignorantia.

## REGULA SEXTA.

*Est via quæ videtur homini recta;  
Et novissima ejus ducunt ad mer-  
tem. Prov. 16. 27.*

## PARAPHRASIS.

*Non credas tibi ipsi & tuo iudicio, sed  
nec fidas etiam omnis sortis homini-  
bus;*

Confilia  
Sapient.  
CIII  
47 49



*bus; Falsa regula, & mala consilia facile capiuntur. Time ea, & non sin-*  
*te duci per homines, qui deviant à com-*  
*muni via.*

*Sunt via in vita spirituali, qua pulchra*  
*apparent, & videntur ibidem multi-*  
*res, quibus fides adhibetur, quod*  
*sint brevissima via, per quas aliqui*  
*ad ipsam Sanctitatē pervenire possunt*  
*sed periculosum est, eas sequi, cum sin-*  
*ordinarie illa, qua facilius & certius*  
*ad interitum deducunt.*

## REFLEXIO.

**N**emo admiretur, quod in hoc mundo similis fortis viæ inveniantur, cum inveniantur superbi & hypocritæ.

Error & cœcitas inevitabilis & communis omnium superborum est, quod sibi persuadeant, se videre maculas in sole, errores in Ecclesia, & abusus in ejus regimine.

Quod pejus est, ducti per zelum, quem illusio illis inspirat, in se sumunt, delere has maculas, & corrigere hos errores. Nihil, quod & ipsa manus Dei fecit,

fecit, ipsis videtur totaliter esse perfectum, quam dum ipsi aliquid in eo mutarunt, vel dum secundum illorum opinionem ei operi coronidem imposuissent.

Ex quo proveniunt omnes illæ mutationes, quas conquerimur sæpius videre in exercitio devotionis, & inde omnes illæ particulares viæ poenitentiae & salutis, quas quilibet sequitur, ductus per splendorem novitatis, & ubi quilibet quærit errare & perire.

Primâ facie in his viis non nisi semitæ sanctæ & rectæ apparent, instructæ per regulas Evangelii & per actiones Apostolorum: Sed *Novissima ducunt ad interitum.*

Ipsa novitas est via, quæ ducit ad antiquissimum peccatum quod est Apostasia, & ad ultimum omnium infelicitatum, quod est impœnitentia & desperatio.

Causa cur semper in hac via funesta & fatali visi fuerint tot viri excellentes, est, quod ipse Diabolus semper iverit primus.

Quam-

Quamvis sit Diabolus, habet tamen aliquid, quod foeminae placet, dum iuram alicujus devoti in se sumit, quidcunque caelum & terra dicant, facit tamen, ut illum sequatur.

Et quando foemina est seducta, dum illa tantum operatur apud virum, ut quilibet faciat quod fecit Adam, sapientia re scurrunt post illam.

Et quando sapientiores incipiunt errare, nemo etiam caecorum & stultorum est, qui ipsos non sequatur, & qui non credat esse prudentiam, illos imitari, perire cum iis.

Videntur homines à longinquo currere, ut hanc viam periculo famam progrediantur, & progrediantur eò quod exemplum & hypocrisis illos deducit. Ne strax enim animae sunt sibi per certas visibiles catenas simul junctae, per quae venenum serpentis, quod nec videtur nec retineri potest, se diffundit in eorum corda, & ubique corruptionem & mortem secum fert.

Omnes novi modi se salvandi sunt inventiones illius, qui vult ut Sancti dantur

mentu  
tates.

mentur. Est via, qua videtur homini re-  
cta, novissima autem ejus ducunt ad  
mortem.

## REGULA SEPTIMA.

In cogitationibus Impij interrogatio  
erit. Sap. i.

## PARAPHRASIS.

Sicut impij timent homines, quamvis  
non timeant Deum, quando aliquod  
dubium habent proponendum in my-  
sterijs Religionis, dum sibi ipsismet il-  
lud proponunt: suam propriam secre-  
to interrogant rationem, & ab ipsa  
inquirunt, unde sciat, quod mundus  
sit factus à Creatore, & quod post  
mortem sit aliquod Iudicium, aliqua  
futura vita, aliquis infernus, & ali-  
qua aternitas.

## REFLEXIO.

**M**inores quæstiones in mundana  
Philosophia non sunt longæ à  
majoribus, per quas aliquis citò se red-  
dit Magistrum in Impietate, & discit au-  
dacter sibi ipsi & suis affeclis propone-  
re dubia scandalosa contra æternas veri-  
tates.

Mani-

Manichæus, qui interrogat suum  
amicum, an sit Deus qui fecit has  
cas; brevi resolutionem etiam sumit  
interrogandi, an sit Deus qui fecit homi-  
nes.

Aliquis Fridericus qui integras  
ciuitates & suæ aulæ Philosophos inter-  
rogat, an aves sint viventia animalia  
se ipsum facile interrogabit, an Angues  
sint viventes, & an dentur animæ  
mortales.

Pulchrum est in curiosis societati-  
bus id agere erga bovinas & elephantinas  
animas, id quod facimus saxi & petri-  
culæ dum eas confringimus, demonstrans  
quod sub falsa apparentia unitatis, non  
sint aliud, quam multitudo granorum  
arenæ & congeries pulverum. Sed  
deinde ex his conversationibus Academi-  
cis, Democriti & Metrodori pro-  
ponunt in solitudine suis conscientias  
alias superbas quæstiones, & sustinent  
quod ab hominibus timenda magnitudo  
terræ & ipsius cœli, non sit magnitudo  
& divinum corpus, sed magna congeries  
atomorum, qui in universo ultimo  
stati

Statum alicujus parvitas invisibilis constituit.

Attende tibi, pericula placent juventuti & stultitiæ. Sis prudens, & non sequaris Magistros, qui suam stabiliunt scholam in finibus præcipitorum.

Regrediaris ab his tam procul, quam potes, & quamvis hi fines tibi solidi appareant, recordare quod tantum cæci in talibus locis figant pedem, ubi non indigent nisi impulsus unius venti, ut in profundum alicujus abyssi projiciantur.

Verum est, quod illi, qui alios ad talia pericula deducunt, dum publice loquuntur, habeant tales impressiones & terminos qui sunt sicut exquisiti & proprii colores ad pingendam innocentiam, & veritatem super portam alicujus domus, ubi illa non est: ex quo tamen ipsorum Philosophia non redditur melior.

Ut aliquis sit sapiens & intrepidus Philosophus & minimè vituperandus, parum est, quod correctè loquatur, & quod nihil dicat, de quo possit accusari, ipsum punctum in eo consistit, taliter facere;

*Constituta  
Sapientia  
Omnis  
71 49*



facere, ut nostræ propositiones in-  
prehensibiles & innocentes non de-  
subjectum credulitatis, quod nostræ  
cogitationes nihil valeant.

De scientiis idem est, quod de verbis  
periculosiores sunt castitati & modesti-  
magis propinquæ, dum sub velo pro-  
dentia & modestia inveniuntur pro-  
pria ad circumferendam corruptionem  
in cor hominis, cui datur ad intelligenda  
quod multas res possint cogitare, quod  
ipse Doctor non audet dicere.

Non habeas curiositatem sciendi  
am tuæ perditionis, & non eas ad schola-  
lam, ut addiscas perire, vel ut ibi  
cas oblivisci, quod ab ipsis cunis sci-  
visti. Sis tam felix portandi evidentia  
signa benè creatæ animæ & rectæ ratio-  
nis, quod est nullam aliam doctrinam  
æstimare, quàm illam quæ tibi prode-  
ad cognoscendum Deum, & te iun-  
ad illum æternaliter amandum.

### REGULA OCTAVA.

*Via stulti recta in oculis eius; qui  
tem sapiens est, audis consilia  
Prov. 12*

PARA  
honor

PARAPHRASIS.

Homo insipiens credit quod benè vivat,  
& desuper non alium Iudicem, quam  
seipsum habere desiderat; Sapiens ve-  
rò suo iudicio diffidit. Sicut enim dis-  
cit, quæ credere debet ex iudicijs Ec-  
clesiæ, ita etiam addiscit in qualibet  
occasione, quid agere debeat ex consilijs  
amicorum.

REFLEXIO.

**N**on sunt nisi hæc duo fidelia lumi-  
na, quæ securè sequi possumus in  
tenebris quæ nos circumdant.

Maximi homines errârunt, dum se  
solos secuti sunt, ignorantissimi & mi-  
nimi omnium nunquam errârunt se-  
quendo Ecclesiam.

Quando quis audit suam propriam  
prudentiam qualicumque modo illumi-  
natam, sæpè infeliciter peragit suas  
actiones, dum verò audit consilia ami-  
corum, semper laudem meretur.

Fortuna potest perturbare successus  
nostrarum actionum, quamvis sapien-  
ter & cum consilio determinatarum,  
sed ea tamen non potest nobis demere  
honorem.

**D**

Satis



consilia  
sapiens  
omnium



Satis est taliter rem gessisse, ut ex  
gloriam acquirat, quod discretè  
gesserit, & habeat reputationem  
sit sapiens.

## REGULA NONA.

*Quando submiserit vocem suam  
credideris ei, quoniam septem  
quitia sunt in corde illius.* Pr

26.

## PARAPHRASIS.

*Dum est periculum ob conscientiam  
urbe aliqua, & circumvagatur  
aliquis nova & venenosa doctrina  
non te sinas decipi per ejus dulcedinem,  
neque per ejus splendorem. Fidas  
verbis qua tibi placent, & amplius  
devotionibus, qua tibi sunt admirationi.  
Vox devota, facies pallida & depressa,  
vestitus simplex & informatus verba  
mysteriosa, moriones exemplares &  
apparentes vela propria ad tegendam  
verum infernale dum secum feruntur  
sas societates, & explicantur per  
curiosis.*

REF

R E F L E X I O.

Excusabantur primi Christiani, dum se sinebant decipi per apparentias sanctitatis, & fortassis adhuc hodie poterimus excusare aliquas innocentes mulieres, dum eas videmus admirari hypocrisiam, qui Reformatoris munus gestat.

Sed postquam innotuit per experientiam mille sexcentorum annorum, quod Hæresiarchæ & famosissimi Antichristi omnis sæculi suam seductoriã vitam inceperint per viam jejuniorum & elemosynarum, & per extaticas devotiores, nihil turpius alicui accidere potest, quam aliquem similem Dogmatistam, & Deceptorem accipere pro aliquo Propheta, & quamvis manifestè contra Ecclesiam concionetur, credere nihilominus, quod de cælo veniat, quia elemosynas distribuit, & longas ducit orationes, & quia secretam habet in facie sua circumferre modestiam.

Ne credideris ei, dicit Salamon, quicumque sit, qui divinis mysteriis se immiscet, etiamsi esset Elias, qui ex cavernis & medio austeritatum exiret. Et-

D a

iamsi



consilia  
sapient  
CIV  
75 48

iam si esset Angelus descendens ex Pa  
 diso, etiam si esset, sicut dicit sanctus  
 prianus, martyr extensus in rota & lacte  
 tiens pro nomine Salvatoris, omnes pres, de  
 nas alicujus crudelis & infamæ mon  
 Tu ipse met talis es, si approbas id quod tu illu  
 dicit, & si vis esse talis discipulus; charita  
 se damnat moriendo morte Sancto  
 & tu te damnas audiendo talem malis pha  
 rem Jesu Christi. *Si occisus pro non pluriu*  
*Christi fuerit ab unitate divisus, corrat esse*  
*in morte non poterit.* Quicumque tum in  
 Ecclesie non credit, est extra eam & sancta  
 cunque moritur extra Ecclesiam, etiam nuncia  
 moriatur intra manus Tyrannon talia d  
 moritur extra numerum Prædestinatarum  
 rum, non habet locum inter electos  
 liorum Dei. *Alienus est, profanus sancti*  
*hostis est, habere non potest Deum Patrem*  
*qui Ecclesiam non habuit matrem.* demn  
 Uno verbo, *Fili mi,* dicit sapien  
 re lactaverint peccatores, non acquiescent  
 et. Qualiscunque dulcedo aut alio  
 possit esse in lacte, si sunt venefici, piens  
 id tibi porrigunt, attende ne illud furtivam  
 Esset enim horribilis phrenesis  
 cietati

ex Pa  
Stulticia, si ideo quod tibi consilium da-  
Etus  
tur, ut tibi attendas de hoc periculoso  
ta &  
lacte sumere, tamen appetitum habe-  
nes  
res, de eo gustare, & cum te rogant, &  
e mo  
huic tam periculoso actui se opponunt,  
id qu  
tu illud nihilominus in despectum tam  
s; l  
charitativarum personarum faceres.

actor  
Est tamen mirabilis & inconceptibi-  
n mu  
lis phantasia, vel mirabilis Dæmon  
ro non  
plurium, qui ex eo quod Ecclesia decla-  
cora  
rat esse aliquod infernale venenum mix-  
que  
tum in illa nova doctrina, & per aliquam  
m &  
sanctam charitatem illos monet ad re-  
n, et  
nunciandum, & fugiendum eos, qui  
nnon  
talia docent, ex eo tempore ipsi attracti,  
est in  
currant sicut ad aliquam pretiosam do-  
ectos  
ctrinam, dignam scitu, in despectum  
ofam  
sancti Spiritus, & despectum omnium  
n Pat  
eorum, qui eam persequuntur & con-  
em.  
demnant.

piens  
Non sis ex illorum numero, sed re-  
acqui  
flecte te, quod etiamsi adhuc esses juve-  
it alio  
nis, tamen tempus sit, ut devenias sa-  
efici  
piens, cum judicas esse tempus, ut lo-  
ud fur  
quaris de scientia Sanctorum, & ut dicas  
renes  
tuam opinionem in scholis & aliis so-  
su  
cietatibus.

D 3

Ad

consilia  
sapient  
Omn  
43 41



Ad minimum habe respectum dignitatis tuæ animæ formatæ ad imaginem Sapientiæ & Sanctitatis ipsius Dei, ne eam tam foedè vilipendas, quo velis ea pro Evangelio & pro vera Philosophia omnes novitates assumat, quæ necesse est aliquibus stultis invenire & proponere in suis congressibus.

## REGULA DECIMA.

*Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter, qui autem depravat vias suas, manifestus erit. Proverbia.*

## PARAPHRASIS.

*Ille qui simpliciter & rectè incedit, vult, cum securitate procedit, vult, ille qui suos gressus depravat, fiet. Nemo enim abscondendo suas decipulas se ipsum abscondit, dissimulant & decipiunt in facie genij characterem circumferunt, & eum timeas. Vita ipsa invenit semitis justitia & fidelitatis, iterum de viam ducit ad mortem.*

REF

REFLEXIO.

**A**ttende tibi ne aliquam talem semitam ingrediaris, & sequaris societates, quæ ambulant similes tenebrosas & obliquas vias.

Ejice omnes deceptiones, dissimulationes & mendacia, non habeas velum in corde, & non illud inducas in negotia periculosa, & factiones criminales, ubi necesse est illud habere copertum.

Lætare si nihil impediat, quò cor tuum ab omnibus videatur, & recordare, quod omnes res pulchræ & excellentes meliorem non habeant politicam, ad lucrandum & promerendum hominum æstimationem & amicitiam, quàm aperte se monstrare.

Si anima nostra aliquam pulchritudinem habet, nulla est tam clara dies pro ea videnda, & sis certus, quod plus respectus & affectionis pro te habebitur, quò apertius plus libertatis & sinceritatis habebis.

Verum est, quod in multis occasionibus silentium sit necessarium, sed oportet tamen, ut sis sincerus & affabilis.

D 4

lis.

onilia  
sapient  
ONE  
73 49



lis. Debes quidem aliquas reticere cogitationes, nullas tamen defigurare. Et modus tacendi & reticendi secretum sine occlusionem cordis. Esse secretum non esse turbulentum & taciturnum, reticere aliquam veritatem, non tantum eam mendacis coperire. Esse fidele suis amicis, & non decipere alios & suam propriam conscientiam. Denique magna est gratia progredi in hoc mundo, habere reputationem, nihil dicere quod debeat esse secretum, vel placere falsum.

### REGULA UNDECIMA

*Sapiens timet & declinat à malis, stultus transilit & confidit. Pro*

14.

### PARAPHRASIS.

*In omnibus occasionibus & negotiis periculosis sapiens timet; declinat periculum derelinquendo malam viam, sumendo longiorem semitam. Insuper stultus verò ambulat sine omni timore & cadit, ut nemo amplius ipsi succurrere possit.*

REFL

REFLEXIO.

**V**erum est, quod dum difficultates  
oriuntur, gloriosum fit, eas cum  
audacia superare, sed è contra maxima  
infelicitas est, perire ex temeritate.

Homo sapiens in talibus occasioni-  
bus plures vias scire debet, ad minimum  
recordari, quod plura sint tempora. Ali-  
quis enim hodie submergitur in quodam  
rivo, quem cras sicco pede transire pos-  
sumus; Et est magnæ prudentiæ, ut ali-  
quis feliciter ac diligenter negotia tra-  
ctet, scire sistere, & se retinere recto  
tempore.

REGULA DUODECIMA.

*Astutus omnia agit cum consilio: qui  
autem fatuus est, aperiet stulti-  
tiam. PROV. 13.*

PARAPHRASIS.

*Lex principalis quam prudentia natura-  
lis & supernaturalis seu divina nobis  
imponit, est, conferre tam sepe quam  
possumus cum amicis illuminatis, &  
juvari ab ijs per remonstraciones, ex  
quibus dignoscamus id, quod in no-*

D 5

stris

*omnibus  
sapiunt  
CITE  
173 13*





stris negotijs & actionibus apparen-  
debet. Dum enim passiones nostros o-  
los figunt ad videndum nostrum  
nem quem pretendimus, non vident  
id quod nos insequitur & quod nos in-  
cumdat. Nostri fideles & delicatissimi  
amici nobis è contra illud ostendunt  
& in hoc consistit extrema necessitas  
illorum presentia, & importantius  
ficium illorum amicitia.

## REFLEXIO.

**Q**Uando stultitia ingressa est cum  
superbia in caput alicujus eruditio-  
ris hominis, evidens signum illam ibi  
dem inhabitare, & certum præfagium in-  
felicitatis talis hominis est, quod non re-  
quirat ullum consilium, nec suffere  
quod aliquis ipsi aliquod consilium sub-  
ministret.

Prudens econtra nihil aggreditur nisi  
si prius sumpto consilio amicorum, &  
interrogatis de super personis discretis  
& judiciosis. Imò pro regula habet in  
talibus occasionibus, ubi deliberandum  
est, si desint alii consiliarii, quod deli-  
beret cum ignorantiore, potius stultum  
desuper

desuper audiat, quàm se solum, casu quo ratione secreti aliud periculum exinde non foret timendum.

Sit enim quisque; qui ipsi loquatur, profiteri tamen potest ex eo quod sibi dicitur. Error est non velle interrogare alios homines, quam magni iudicii & magnæ reputationis. Homo sapiens etiam audit, quid minores ex populo dicant, & iudicat non esse tempus perdere, dum audit illorum discursus supra difficultates alicujus negotii. Nam vi miraculosi secreti ipsius naturæ scit ex qualibet propositione extrahere aliquam scintillam, vel parvum aliquem radium, & ex istis simul junctis oriatur tantum luminis, quantum necesse habet in præmeditato negotio se benè regendi.

Nemo delirat audiendo aliorum consilia, sed benè ea semper sequendo: Illa sequi sine ulla consideratione, non est consiliis uti, sed iis obedire, & se dare in servitutem ei, qui illa dedit.

Fatum ordinarium minorum ingeniorum, dum à fortuna ad aliquem gradum

gradum authoritatis elevati sunt, est perire per consilia. Multitudo confidentium operatur apud tales potentes cœcos id quod multitudo medicorum apud aliquem divitem infirmum.

Quamvis tui intimi tibi appareant esse fideles dum eorum opiniones audire diligenter attende, ut eorum cor, dum tibi loquuntur, dignoscere, & eorum intentiones penetrare possis. Quia qui venditores mali consilii sunt circa illi qui media habet illos emendi? & qui executi negotia per similia consilia in ruinam dederunt executorem, & divitem fecerunt consiliarium.

Consuetudo & regula alicujus prudentis hominis, dum talia ipsi afferunt consilia, est illa audire, civiliter tanquam amicos recipere, examinare eadem sicut Judices, & exequi sicut Dominos decet.

Dum illa quæ ipsi consulta fuerunt perficit, non alterius sed suam sequitur opinionem.

Bona consilia non pertinent proprie ad eos, qui ea per proprium ingenium inventarunt & proposuerunt, sed ad eos

qui illa benè considerârunt & iudicio proprio elegerunt.

Uno verbo, inviolabiliores regulæ alicujus prudentis & experimentati Politici est, interrogare alios in propriis negotiis & determinandis resolutionibus: Nam est certissimum quod in talibus occasionibus perspicacissimus inter homines, si solus est, deveniat cæcus.

Inspiciens nihil videt, credit enim, quod se solum aspiciendo videat omnia. *Via stulti recta in oculis ejus: qui autem sapiens est, audit consilia.*

REGULA DECIMA-TERTIA.

*Qui mentis est dura, corruet in malum. Prov. 24.*

PARAPHRASIS.

*Qui animam habet duram & inflexibilem, & qui cum pertinacia adheret suæ voluntati, vel qui resistit consiliis & voluntati aliorum, nec potest per rationes & remonstraciones persuaderi, nec flecti per lacrymas, nec cogi per minas & timores, cadet in aliquam infelicitatem, & multos secum trahet.*

D 7

Extre-

*Extremitas huius mali est, quod hie  
mo pertinax cogitat se esse sapientem  
& credat se agere pro adificatione  
populi, & obedire sua conscientia, dum  
omnia potius relinquit perire, quam  
deleret aliquod verbum vel remittere  
à sua pertinaci resolutione.*

## REFLEXIO.

**C**onstantia debet absque omni  
bio poni inter laudabiliores  
primas hominis perfectiones : sed  
hoc nomine & coloribus coperitur  
nostra naturalis durities, quam ad locum  
virtutis & qualitatis heroicæ ponere  
pretendimus.

Vera constantia non consistit in  
firmiter velle illud quod rectè & sapienter  
resolutum est : verum in eo, velle  
semper id quod vult iustitia & ratio.

Multæ intentiones uno die sunt  
bonæ, quæ non sunt altero, & potest  
facile contingere, esse stolidum, exequi  
hodie, quod heri fuit deliberatum  
sapienter ordinatum.

Homo sapiens est constans & firmus  
ipsius anima est immortalis & invariabilis.

lis, sed ipsius resolutiones non sunt  
equidem: quemadmodum enim hæc al-  
ligatæ sunt circumstantiis dependenti-  
bus à tempore & fortuna, debent pari-  
ter mutari secundum mutationem &  
motum mundi, qui ipsis accipit confor-  
mitatem quam cum ratione habuerant.

Perfectio styli in aliquo horologio  
solari consistit in eo, ut hic sit semper  
stabilis & nunquam loco moveatur. Sed  
magnus fieret disordo, si ejus umbra  
pariter uno semper firmaretur loco.

Verum est quod nostra ratio non  
plus honoris nec præminentia ante  
alias res mortales habeat, quàm in quan-  
tum est firma & immortalis, cessaret ta-  
men esse ratio, si immutabiles essent  
ipsius intentiones.

*Dixi & resolvi, nunc fiat quidcunq;  
velis:* Est sapientia Dei, peccatum An-  
gelorum, & stultitia hominis.

Inter stultos magis ridiculosos sunt  
certa parva ingenia, quæ se extendunt,  
ut eleventur, & quæ cogitant quod ha-  
bebuntur pro ingeniis primi gradus, &  
deveniant heroes & invincibiles, si fue-  
rint inexorabiles.

In

In unaquaque nova occasione, quæ  
supervenit, debemus revidere nostras  
resolutiones, & considerare, an non Pro-  
videntia nobis aliquid novi mandet, &  
non in nostra voluntate aliquid mutari  
debeat.

Hoc est accipere novum mandatum  
videre ad nostros pedes unam multitu-  
dinem personarum supplicantium, &  
unam multitudinem novarum lachry-  
marum dignarum, quæ moveant & fle-  
ctant cor hominis.

Compassio enim non destruit con-  
stantiam & animositatem. Aurum plus  
splendoris & æstimationis habet, & est  
magis perfectum & purum, quod igitur  
illud reddidit magis flexibile.

Sic anima nostra nobilis & immor-  
talis nunquam plus nobilitatis, animo-  
sitas, & divinitatis habet, quam dum  
flectitur per aliquam justam compassio-  
nem, & dum consolatur Angelos & San-  
ctos, condonando alicui criminali per-  
sonæ, vel relinquendo aliquam resolu-  
tionem, cujus severitas fuisset aliqua  
publica afflictio.

Clori

Gloria veræ constantiæ nobis multum constat, sed parum distat ab ipsa infelicitate, si exinde æstimationem acquiramus, quod simus duri & inexorabiles. *Qui mentis est dura, corruet in malum.*

ARTICVLVS TERTIVS.

*De Regimine cordis, & Passionum.*

REGULA PRIMA.

*Cogitatum tuum habe in preceptis Altissimi, & ipse dabit tibi cor. Eccl. 6.*

PARAPHRASIS.

*Optima Regula quam quis potest obseruare contra suas passiones est aspicere Deum, & se applicare ad cognoscendam suam voluntatem, ipsique fideliter & inuolabiliter obedire. Deus tibi dabit è contra tale cor, quod erit dignum donum sua magnificentia & potentia, & quod sicut illud Salamonis extensum per animositatem & amorem ultra*

*Oratio  
sapientie  
Optima  
43 41*





*trà limites Oceani habebit sui chara-  
eteris immensitatem. Dedit Deus Sa-  
lamoni latitudinem cordis, sicut are-  
nam quæ est in littore maris. 3. Reg. 4.*

## REFLEXIO.

**S**quallidissima & indignissima diffor-  
mitas, quæ nobis ex errore naturæ  
accidere possit, est, habere cor nimis an-  
gustum.

Illi qui tali præditi sunt, quamvis  
mundus illos adoraret, sunt tamen pau-  
cæ æstimationis, ubi enim cor est angus-  
tum etiam reliqua ita sunt disposita  
despectum fortunæ.

Per animosum verò cor mensuramus  
homines, & ex eo judicamus, quod in  
civitate etiam numerosissima pars habi-  
tantium debeat vocari plebs & minor  
populus.

Alii autem qui majori dignitate præ-  
valent, non propter purpuras & tiam  
excellunt; Si non fuissent inter nos ho-  
mines magnæ animositatis, non habuis-  
semus Principes. Et non fuissent Do-  
mini & Monarchæ mundi constituti,  
non fuissent inventa tam magna corda  
quàm ipse mundus.

Cor horum hominum est cor quod Deus ipsis dedit : hoc donum est in suis manibus, aspice, adspira, & conare ad minimum formare tuum corin sui exemplum, & dare ad cognoscendum in tuis actionibus aliquos actus sui characteris, qui est sicut dixi, una animosa & magnanima bonitas.

Habe animum & nihil age, quod tuam possit lædere conscientiam vel reputationem ; honorem tuum dilige, & observa has duas leges : esse incorruptibilis & intrepidus.

Non permitte ut avaritia, vel aliqua timida spes tuam animam in servitutem deducant, sed ut solus amor tuæ obligationis sit principium tuarum actionum. Posside tuam libertatem, & fruere juris proprii Deo solo, id est nihil facere, ex timore aut avaritia. Vivas tibi independens à rebus mortalibus, & solutus à tuis passionibus, elevatus super omnes favores & promissa fortunæ, & super hujus minas ; invincibilis omni violentiæ & adulationi.

Sed junge ad istam firmitatem animi  
omnia

omnia quæ potes dulcedinis & naturalis gratiæ.

Nihil perdendo de tuo animo, conare devenire ex amore & benignitate, quod aurum firmissimum inter metalli per ignem devenit, scilicet tractabile, & capax ad recipiendum omnes figuras.

Ut quisque in tuis suas inveniat inclinationes sine suis erroribus. Accommoda te inclinationibus aliorum hominum, ipsorum moribus, negotiis, opinionibus, & non timeas, quod per hanc complacentiam te nimium humilies. Recordare quod ille sit nobilior & habeat primum gradum honoris in societatibus, qui promptior est id velle, quod ipsa honestas in qualibet occasione fieri cum bona gratia requirit.

Verum quidem est, quod tua inclinatio debeat esse inclinatio alicujus hominis prudentis, semper eadem & semper æqualis, sed ista laudabilis æqualitas consistit in eo, ut cum constantia aliorum sequatur inclinationes, & se conformet ei statui in quo invenit eorum animas in diversis accidentibus vite mortalis.

Scias

Scias quid ipsos confoletur, & quid ipsos affligat, & tanquam in communi causa cum ipsis affligaris. Per veram sympathiam sentias eorum poenas, & monstres ipsis in tua facie & in tuis verbis signa sincera hujus generosæ conformitatis.

Obserua dignè & fideliter regulas amicitia: nam non est magna virtus, amare homines ob splendorem fortunæ vel ob pulchras qualitates ipsorum naturalis ingenii, sed crede quod immensa magnitudo alicujus animæ nobilis consistat in verò amore eorum, qui nos realiter amant, cujuscunque etiam sint ingenii aut conditionis.

Habe in his opinionem Salamonis: Hoc enim particulariter in suo regimine admirabatur, quod pretiosæ amicitia contractæ cum tot principibus, quos in mundo cognovit, ipsum non impederint teneram habere affectionem pro sua aula officialibus, & etiam pro minimis sclavis, qui in sua domo laborabant, & à quibus se amari agnovit.

Credidit quod fidelitas & amor servorum

vorum non rectius possit recompensari  
quam per amorem Domini, & quod  
cor minimi etiam homuncionis, dum  
sincerè & absque interesse suum Regem  
amat, non minùs valeat, quàm cor ipsius  
Regis.

Aspiciabant eum tanquam Patrem  
& pulchrum exemplum suæ prudentiæ  
& fidelitatis fuerat quod ita egerit, ut  
nemo intrasset aut mansisset domi suam  
qui ipsi non fideliter servivisset, & ne-  
mo exivisset, qui non fuisset dives.

Ipforum fortunam numeravit in  
sua propria negotia, & habuit dispo-  
sitionem, quasi felicitas sua cessaret, dum  
videret aliquem domesticorum huiusmodi  
suæ felicitatis partem non habere, &  
qui in oculis suis gereret aliquod signum  
tristitiæ, & inquietudinis.

De reliquo unum principale & prin-  
cipale exercitium tui officii sit, pro-  
mereri & lucrari eorum amorem & ve-  
luntates, qui tibi obedire tenentur.

Qualecunque nomen Principis aut  
Domini vel Magistratûs tu geras in al-  
qua Provincia aut Civitate, crede quo-

nullam habebis auctoritatem, & nihil obtinebis, quàm possidendo tuorum subditorum & subjectorum eorda.

Nam pro obtinendo amore populi prima lectio est illos amando nihil aliud amare, quàm ipsorum personas, & nihil aliud cum benignitate quærere, quàm complacentiam habere illis absque spe alicujus interesse benefaciendi.

Mala & difformis ars est fingere amorem, & ludere in teatro hujus mundi personarum alicujus amici per promissiones & civitates comicas, tali enim arte nihil aliud addiscitur, quàm alium & se ipsum decipere.

In hac arte aliorum corda lucrandi, magnum secretum est amare naturaliter absque omni arte & reflexione, & ita dicendo absque omni virtute. Amor enim eò potentior est supra aliorum hominum voluntates, & plus virtutis & admirationis habet, quando sine apparentia alicujus virtutis bonum operatur, quasi suum naturalem solummodo sequeretur instinctum.

Charitas ipsa divina non est perfecta,  
quàm

*omnibus  
sapient.  
C. 17  
173 41*



quàm quando transformatur in natura  
alicujus personæ charitativæ , & de  
venit ejusdem pondus & inclinatio.

Quamvis ex tuis importantioribus  
obligationibus sit exercere justitiam  
fac tamen taliter , ut clementia sit in  
parabilis à tua persona , & ingrediaris  
ad omnia tua consilia.

Sis severus in tuis verbis & actionibus  
bus , quando id necessitas requirit ,  
non utaris tuis manibus , quàm dum  
cesse est distribuere favores , & tua  
gua non serviat tibi , quam ad promul  
cianda decreta misericordiæ & amoris.

Non tene pro inimicis qui sincere  
fliguntur , quod tibi causaverint aliquam  
displicentiam ; Et quando est necessitas  
punire aliquam personam criminaliter  
non da ipsi , si possibile est tantum tem  
poris , ut possit coram te dolere , & re  
cursum habere ad tuam benignitatem.  
Si ipsius lachrymæ & dolor te præven  
runt , crede quod perdidideris jus tuæ cho  
leræ , & conare imitari Dominum om  
nium Regum & Judicum , qui non pe  
nit peccatores quàm in tempore eorum

super

Superbia, & qui nulli æternam imponit  
& de infelicitatem, quàm quia etiam perpe-  
tio. tuò amavit malitiam.

Considera quod errores criminalium  
personarum comparentur miseriæ pau-  
perum qui degunt in tua civitate. Est  
enim parva & imperfecta misericordia  
dare his eleëmofynam & dare illis simul  
laborem; absolvere illos, & non dare  
illis simul innocentiam, & non demere  
modum & inclinationem cadendi in  
priora peccata. Sis etiam quisunque,  
cui Deus largitus est aliquam authorita-  
tem, conserva illas tres regulas, quas ve-  
ra charitas præscripsit. Non fac paupe-  
res per tuas violentias; Subleva eos per  
dona, qui in pauperie constituti sunt;  
& fac ut impedias per tuam vitam, ut  
non recidant in priores suas misérias,  
sed potius in labore vivant.

Neminem per tua exempla ad ali-  
quod crimen commoveas, sed fac per  
tuam justitiam, ut quilibet timeat esse  
criminalis & fac per tuam benignitatem,  
ut quilibet desideret esse felix, quod nul-  
lum commiserit crimen, & ut populus  
E fruatur



fruat<sup>r</sup> libertate, nec in alio, quam  
suis sibi complacet obligationibus.

Aspira ad hanc supremam felicitatem  
ut possis verè dicere, quod nemo sit  
tuo dominio, & nullum scias, cui  
manus sint inutiles, & mores ad detri-  
mentum Reipublicæ.

## REGULA SECUNDA.

*Omni custodia serva cor tuum, quoniam  
niam ab ipso vita procedit. Prov.*

### PARAPHRASIS.

*Major & principalis cura tibi sit, conser-  
vare tuum animum cum sit prin-  
cipalis origo tuae vite.*

*Quando habet aliquam apprehensionem  
etiam reliquæ corporis partes habent  
bunt; nihil in tua persona aut de  
poterit gaudere verà felicitate, quan-  
diu animus non est quietus.*

*Rege tuas passiones, post concupiscentiam  
non eas, & à voluntate tua averte  
quia hæc est tuus verus inimicus, qui  
querens aliud, quam sua desiderat  
cum impatientia, ut per suas irregu-*

*lares inclinationes nascantur in tua  
persona bella intestina, confusiones, de-  
sperationes, & ipsa mors.*

REFLEXIO.

**P**assiones sunt aliqua naturæ prudens  
inventio, quæ homini voluit tot  
dare virtutes extraordinarias pro iis oc-  
casionibus in quibus audacter rem ag-  
gredi debet ad rejiciendum aliquod ma-  
lum damnosum aut acquirendum ali-  
quod bonum, quod cum pœna acquiri  
potest.

Quando hic invisibilis ignis in suis  
venis accensus est, plus valet, quàm ille  
ipse, & nihil facit, quod tum temporis  
non videtur esse miraculosum.

Exeunt ex ejusdem accenso sanguine  
quædam scintillæ & flammæ, sicut quæ-  
dam cuspides quæ penetrant ipsius cor,  
& quæ per motus improvisos ipsum ad  
audaces impellunt actiones. Currit, aut  
impetuositas ipsum pellit, ita ut nihil  
difficile inveniat, & non possit credere,  
esse aliquid invincibile, & nihil fortius  
aut potentius, quam ille accensus ignis,  
qui ipsum inanimat.

E 2

Infc.

Infelicissimum est, quod hæc vires in  
 homine inclusæ sint contrariæ ipsi ho-  
 mini, sunt enim seditiosi & crudeles  
 domestici. Quos si non semper in cate-  
 nis retinet, perdit se ipsum; & si illos  
 non tenet tanquam Sclavos, per vim  
 necessitatem devenit eorum victima.

Passiones quæ sunt per æternam pro-  
 dentiam cordi humano affixæ, sunt  
 sicut leones, aut magni pretii equi alligati  
 ad curruj cuiusdam Victoris.

Quando noster animus est exemptus  
 à crimine, independens ab aliquo inter-  
 esse privato, & Dominus suarum pas-  
 sionum, est in hoc sæculo quodammodo  
 victor mundi, imago magnitudinis  
 & majestatis divinæ, conductus per  
 superba monstra ad gloriam & immor-  
 talitatem, nec est in natura magnifice-  
 ntius spectaculum, nec dignius visu & ad-  
 mirationi Angelorum.

Sed si durante triumpho alligati equi  
 rumpant frena, & eripiant habenas  
 manibus conductorum, nihil infelicius  
 & funestius videri potest; Ipsum trium-  
 phum in præcipitia trahunt, & hic Vict-

& triumphator, quem populus aspici-  
bat, & admirabatur, nihil aliud est  
quam latus furiarum, & triste exem-  
plum levitatis humanarum virtutum, &  
omnium magnitudinum Vanitas.

Passiones quidem sunt à Deo, exces-  
sus verò qui supervenit, ex peccato pri-  
mi hominis.

Opus ipsum fuerat sanctum & purum,  
dum originem sumpsit ex manibus Crea-  
toris; Sed ignis infernalis se immiscuit,  
& noster planctus non potuit illum ex-  
tinguere, quamvis à tempore quo fue-  
rat accensus, non cessaverimus plangere.  
Malum hoc jam duravit circa sex mille  
annos, durat adhuc in hodiernum diem,  
& ex eo nascuntur omnes nostræ infeli-  
citates; hi tamen torrentes lachryma-  
rum qui currunt super terra, & ex qui-  
bus multitudo infinitarum inventio-  
num, quas impendimus ad eas retinen-  
das, nihil aliud effecerunt, quam auge-  
re aquas, & earum cursum fortio-  
rem reddere.

Nostra anima missa de coelo in hunc  
inferiorem mundum ingreditur domum

consilia  
sapient.  
OIT  
173 41

ædificatam de terra in corpus compo-  
tum ex materia corrupta & lutea im-  
tum meris puncturis mortis & peccat

Vapores hujus corruptionis forma  
in nobis tenebrosam nubem, quæ  
coperit horrore & obscuritate, & quæ  
nos facit (nescientes qua de ratione  
quasi semper internè tremere.

Nostre passiones involutæ his nu-  
bus ibidem calciant, & accenduntur,  
non exeunt quam sicut tonitrua & ful-  
gura. Hos turbulentos ignes pellit im-  
aginatio impulsæ & accensæ, hæc imagi-  
natio subleuat cogitationes & volun-  
tates nostre animæ.

Anima verò immortalis sequitur  
hunc instinctum, & progreditur, quæ  
ardor & furor illam deducunt. Propo-  
nit & concipit cœcè opiniones inconsi-  
deratas, spes stultas & deceptibiles, &  
desideria impetuosa, currit, & in præci-  
pitationes devolvitur, & hæc non sistit  
tur, usq; dum illa in infelicitates demer-  
gitur, & perditur in abyfso criminum  
& lachrymarum.

Quod pejus est, quando ita involu-  
ta est

ta est, pudet illam se extricare, cadit ex infania, & permanet ex superbia; Implicata tenebris, repleta erroribus, immersa luto, & oppressa catenis; alligata per falsas impressiones suis moribus, & suis ignorantibus devenit triste spectaculum cœlo, quod cum commiseratione contemplatur hanc imaginem Dei in tam deplorabili statu.

Tempore innocentiae passiones non elevantur, quam ex mandato rationis; Tempore prudentiae & sanitatis christiana passiones non elevantur, quam infra rationem; sed libertino tempore supra rationem elevantur.

Hæ tempestuosæ tenebræ coperiunt totum hominem, & diffundunt turbationes, & obscuritates usque ad supremam hominis regionem.

Passiones sunt fortes, sed tu pariter es fortis & fortior illis, possum cum ratione dicere saltem de homine prudente, & de omnibus magnis viris, quod habeant contra hos inimicos domesticos tres potentes succursus, id est tria beneficia sanctificata à Creatore per ip-

fam gratiam, scilicet bonam naturalem inclinationem, audaciam, & prudentiam.

## REGULA TERTIA.

*Sortitus sum animam bonam, & veni ad corpus incoinquinatum.*

Sap. 8:

## PARAPHRASIS:

*Inveni in me, dicit Salamon, ab infamia mea omnes qualitates excellentis nature; qua non sunt fructus mei laboris, nec dona fortuna: Deus qui regit accidentia nostra. natiuitatis & vultu mibi eas largitus est, sunt opus suarum manuum, & donum sui amoris antiquius, quam ego ipse.*

## REFLEXIO.

**E**Xcellens & pulchrum naturale donum alicujus hominis non aliud est quam excellentia & pulchritudo alicujus animæ nobilis communicatæ passionibus.

Et sicut tales animæ possident eam nobilitatem & magnitudinem ab infamia sua; Sic quando corpus ingreditur

titr, jam habent potentiam juvandi natura-  
turam & ejus temperamentum compo-  
nendi, & hæ sunt illæ, quæ impressioni  
de suis viribus & de sua benignitate for-  
mant imaginationem & dant caracte-  
rem Organis.

Diffundunt ex se ipsis suas qualitates  
extra se, & tantum de suo igne divino,  
& de suis inclinationibus cælestibus ad  
miscendum sanguini & corruptis passio-  
nibus, quantum possunt contribuunt,  
nec non per istam felicem mixturam de-  
primunt venenum corruptionis, & mor-  
talem violentiam ejus infirmitatis, quam  
ibidem inveniunt.

Hæ pura astra habent influentias,  
quæ in secreto se insinuant inter flam-  
mas damnosæ libertatis, & temperant id  
quod ardentius est in eorum furoribus,  
& quod irregularius est in eorum passio-  
nibus.

In pluribus personis videtur talis mo-  
deratio & puritas, quæ dant credere,  
quod apud illos nulla macula remaneat  
peccati Adami. Nihil nisi pulchrum vi-  
detur in eorum passionibus, nihil quod

E. 5;

non,



non videtur se accommodare spiritui, nullæ aliæ quàm inclinationes spirituales.

Quod ex eo provenit, quia hic spiritus sublimis per commune privilegium omnium perfectarum existentiarum, habet quoddam potens secretum, cuius tantum umbra est magnes elevandi terra, & ad suum polum attrahendi omne quod tangit.

Passiones taliter tactæ per virtutem alicujus nobilioris animæ se vertunt versus cælum, & non aspirant ad aliud quàm ad fines honestos & laudabiles. *Vir sapiens fortis est*, quia nihil habet in sua persona, quod se his motibus opponere & eos sequi denegaret.

#### REGULA QUARTA.

*Melior est patiens viro forti; Et qui dominatur animo suo, expugnatore Urbium. PROV. 16.*

#### PARAPHRASIS.

*Sufficit ad esse Dominum suarum passionum & desideriorum, habere animum, & amare verum honorem.*

*Animus continet duas virtutes, formidinem scilicet & patientiam, & hæ sunt quasi due partes ipsum componentes & distinguentes ab alijs nostra natura perfectionibus.*

*Per fortitudinem resistimus hominibus & nostris extrinsecis inimicis; per patientiam vero nostris passionibus & domesticis inimicis.*

*Victores hominum admirationi sunt & coronantur in terra, sui ipsius verò in cælo, & omnes triumphus ac coronæ immortales pro his preparantur.*

*Fortitudo illorum digna est ejus estimationis quam habet in mundo; Patientia vero horum, quamvis mundus eos non æstimet, plus valet, magis est necessaria, & dignior omnis honoris & estimationis.*

*Utraque fuit semper collocata in primo gradu virtutum moralium, & hæ sunt quæ nomen Magni dederunt Constantino & Carolo Magno, & quæ proposuerunt admirationi & adorationi antiquos heroes. Sed si tantum ad unam harum virtutum adspirare potes, elige*

eam, cui Sapientes & Philosophi tribuerunt praeserentiam, & nota in istis regulis ea verba, quae visa fuerunt scripta in insignijs quorundam magnorum Principum, & quae omnes excellentes animae apud se ipsas sculptae inveniunt prolemmate. Melior est partem viro forti, & qui dominatur animo suo; expugnatore Urbium.

## REFLEXIO.

**S**I quis interrogat quid sit anima, quilibet respondebit, quod aliquo facillimè possit decipi, & accipere apparentiam pro veritate.

Multi se ipsos deceperunt, dum in malum posuerunt in numero febrium ardorem corruptae naturae, credentes nil aliud esse quam inflammationem bilis, quae adveniente aliquo objecto cholerae inopinatè accenditur, & accedendo imaginationem, & turbando habitus mores corporis, transcendat rationem, & inconsideratè in pericula impellat hominem.

Non est in numero passionum, sed earum Dominus; Natura ipsum retinet

in medio earum, non tanquam criminalem inter suos complices, sed tanquam victorem inter suos sclavos, ad hos in obsequio retinendos, & assuefaciendo ad labores. Ipsorum ardor differt ab istorum, habent tamen proprietatem ad illi serviendum.

Aliqui sibi persuadent, quod is quem nos verum animum vocamus, sit quidam Angelus militaris, qui in conflictibus ingreditur animos heroum, & ibidem illa, quæ nos admiramur, miracula producit.

Alii, quod sit solummodo inspiratio aut instinctus hujus Angeli, qui corda militum inflamat, & qui ipsos movet exercitus.

Sapientiores rectè judicant, quod sit flamma spiritualis accensa per Creatorem in suprema parte nostræ animæ, sicut quædam stella in majori loco firmamenti. Flamma pacifica & benè ordinata, sublimis, incorruptibilis, ardens, pura, & foecunda, semper cœlestibus adhærens, & semper in terris occupata per emanationem influentiarum necessariorum

riarum ad conservationem quietis & v  
ta populorum.

Sed qualiscunque sit animus, ne  
crede tamen, quod ideò ut sis animosus  
etiam obligeris ad accipienda arma, &  
quærendos inimicos in Provinciis lon  
ginquis: Maneas ubi es, & bellum mo  
ve tuis passionibus, & plus operaberis  
quam illi qui gladio utuntur.

Dum injurias condonas, & per gene  
rosam patientiam suffers omnem despe  
ctum & calumnias, plus efficis quàm mi  
les qui quærit vindictam; Et magis ho  
noricum tibi erit, restringere excessum  
Choleræ, aut rejicere aliquas te ad pec  
catum allicientes adulatorias cogitatio  
nes, quàm destruere integros exercitus  
& occupare civitates.

Tua gloria non sit deprimere alios  
coram te; Sed in te ipso magna parare  
& habere supra eos aliquam elevationem  
independentem ab eorum casu & infeli  
citate.

Dum transgrederis tuas irregulares  
impatientias, & motibus resistis, qui te  
ad actiones timidas & prohibitas com  
mevert

movere vellent, tuum facis crescere meritum & virtutem, dum enim extraneos vincis inimicos, omnia in te crescunt. Interitus alicujus exercitus minuit numeram hominum, sed non addit nec unquam spiritam ad altitudinem tui corporis, nec unum gradum perfectionis tuo spiritui.

Unico verbo, aestima patientiam, non tamen despiciendo animositatem, quae quamvis non tantum, quantum haec victoriosa patientia valeat, confiteor tamen, quod multum valeat, & quod mereatur admirationes, quas tot saecula pro ipsa habuerant, sed ut sint perfectae, non debent seperari, quia quasi duae sunt partes veri, animosi, & perfecti entis, quod ipsa separatio necessariò denigraret, aut annihilaret.

Non inveniatur animositas aut nobilitas, vel alicujus animae suprema magnitudo, ubi haec duae virtutes non sunt conjunctae: Earum solummodo unio habet potestatem deducendi hominem ad eminentem gradum alicujus gloriae heroicae, & dandi illorum actionibus hunc  
divi-

divinum splendorem, qui mundum  
obcæcat oculos; & qui famam cogit  
qui de ipsis omni tempore & omnibus  
nationibus.

Est certò res illustris, valde laudabi-  
lis, & populis veneranda, quando a-  
mositas in principe impulsâ per hunc  
ignem cœlestem, transit in aliquo con-  
fictu impune per medium furientis  
mortis, & currit per inversum exerci-  
tum ad victoriam, quæ ipsum eò vocat  
& conducit.

Pari modo est aliud magis rarum spe-  
ctaculum & dignius publicæ admiratio-  
nis, videre Principem in medio trium-  
phi & successuum, inter gloriosiores  
licitates vitæ humanæ scire despiceret  
quod possidet, & declarare apparenter  
per suam modestiam, & fidelitatem suam  
vitæ, quod potius omnia vellêt perdere  
imperium & totum mundum, si illud  
haberet, quàm committere aliquem  
actum injustitiæ.

Sed videre hæc duo miracula simi-  
lita, & conjunctum unum alteri in eo-  
dem victore, nempe vincere inimicos

& vincere se ipsum, crescere in moderacione & prudentia per ipsos conflictus, crescere in bonitate per auctas victorias, expugnare urbes, & lucrari corda, esse amabilem & formidabilem hominibus; est absque dubio, videre rem floridissimam & pulcherrimam visu sub coelo.

Vera opinio hujus animositatis conjuncta est in his duobus verbis: Potius mori quam timere homines, & fugere ante exercitum. Potius mori quam non fugere pericula, quæ conscientiaë minuuntur, & præferre interesse alicujus amoris proprii, vel timidæ passionis præfidelitate ad quam obligamur.

Si non es hujus conditionis aut inclinationis, ut possis primum dicere; Aut si tua professio particulariter subiecta legi Evangelii tibi imponit omnes condonare injurias, crede, quod sit Princeps fortior ipso Cæsare, & illuminator à Deo omnibus Prophetis, qui securè asserit; *Quod Melior sit patiens viro forti, & qui dominatur animo suo: Expugnator urbinum.*

R E-



## REGULA QUINTA.

*Vapor virtutis Dei, & emanatio claritatis Omnipotentis; Candor lucis æterna, speculum Dei Majestatis. Sap. 7.*

## PARAPHRASIS.

*Inter Perfectiones divinas, & quæ ipsi reddidit æternaliter in se ipso quietior est ipsa prudentia: & ex eo dedit tertium remedium, quod nobis presentat contra turbationes, & irregularitates, quas nobiscum circumferimus, & quæ nascuntur ex nostra infirmitate.*

*Hæc prudentia supernaturalis est, & sua virtutis communicata humanis passionibus, & diffusa usque in membra earum corruptionum & tumultuum, ut faciat ingredi pacem & sanctitatem.*

*Pax Sanctorum ingreditur in nos, & ipsa prudentia, & intentio Dei, ut non remanendo in nostra anima ullâ agitatione aut maculâ, ipsa denique fiat speculum, in quo ille possit videre extrinsecus suam divinam personam.*  
christus

chritudinem, & se ipsum cognoscere,  
sicut se ipsum in suo Verbo aternaliter  
cognoscit: Speculum Majestatis Dei.

REFLEXIO.

**P**ulchrum naturale debilitat passio-  
nes; Animus eas vincit; Prudentia  
ipfas elevat, & per transformationem  
miraculosam illas permutat in virtutes,  
& sanctificat id, quod in ipsis criminale  
reperitur, magisque contrarium gratia,  
ut eas suaviter obedientia submittat.

Volo dicere, quod dum lex tibi de-  
clarat voluntates Creatoris, & nos cogit  
iisdem obedire, prudentia huic obliga-  
tioni adlit inclinationem, & producit in  
nostro animo certos motus deliciosos,  
qui nos agitant, & qui faciunt resilire  
nostras passiones, ut nobiscum adspirent  
ad felicitatem id faciendi, quod Deus  
vult, & eas ad servitium & honorem Dei  
impendendi.

Uno verbo lex nos obligat, gratia  
nos juvat, & prudentia nos eò deducit  
ad observandum divina mandata.

Ex eo quod homo illuminatur per  
radios

radios hujus auroræ, invenit suam quæ  
 tom & gaudium in exercitiis justitiæ. quo cr

Quidcunque ipsi proponitur, quæ  
 facere justum videtur, statim etiam suam  
 inclinationem habet id faciendi, quæ D  
 ratio mandat, obedit ex amore, ob prude  
 gationem habet pro complacentia, ob merea  
 dientiam pro libertate, & fidelitatem ratione  
 sua inclinatione.

Anima sua bonum sine hæsitatio ejusd  
 appetit, & illud perficere in se sumit, quisq  
 ne bello interno, & aliqua differentiæ pit i  
 aut negotio cum suis passionibus, qui.  
 domestici inimici non sunt amplius  
 qui fuerant, ipsa prudentia transform  
 totum hominem.

Hæc anima sapiens format mag  
 intentiones, & eas ad finem deduc  
 adspirat ad honorem immortalem, &  
 currit, sed sine commotione, non Si v  
 sed portatur, ipsique ardores sanguinis  
 & flammæ ambiciosorum desiderioru  
 antea tam turbulentiæ & rebelles sunt  
 læ, quæ ipsi inserviunt loco sclavoru  
 & quæ illas portant in hoc triumpho

In quo apparet id, quod magis dicitur

num est inter opera potentiae Dei, eo die  
quo creavit orbem, nempè homo, in  
quo totus homo conspirat ad amandum  
suam obligationem & virtutem.

Deus aliquibus gratis largitur suam  
prudentiam, ab aliis autem vult, ut eam  
mereantur. Major pars illam per ora-  
tionem obtinuit; & medium securissi-  
mum illam obtinendi est audire consilia  
ejusdem Sapientiae. Estque ex eo jam  
quisque sufficienter prudens, dum inci-  
pit illorum instructiones & regulas se-  
qui.

REGULA SEXTA.

*Zelus & iracundia minuunt dies, &  
ante tempus senectam adducet  
cogitatus. Eccl. 30.*

PARAPHRASIS.

*Si vis dignè servire Deo, & usque ad  
mortem conservare devotionem & in-  
nocentiam, fac id quod sapientes fa-  
ciunt, pro conservanda sanitate: possi-  
de pacem internam, & ne perturberis  
ullo negotio aut passione; zelotypia,  
cholera, invidia nil aliud in homine  
efficiunt,*

efficiunt, quàm ut destruant suam  
 salutem, & minuant suam vitam. Ex  
 cessus affectionis aut applicationis  
 aliquod negotium quamvis laudabile  
 perficiendum, non minus est pericu-  
 losus, quam alie inquietudines; om-  
 nis enim violentum in nostra anima  
 impellit ad peccatum, & nos trahit  
 ad ipsam sepulturam. Nihil immo-  
 tale aut gloriosum, quam quoddam  
 tranquillum.

## REFLEXIO.

**C**Ave ab omni nimia complacencia  
 cujuscunque rei, etiam tuæ obli-  
 gationis, pariter ab omni forti cogitatione  
 & applicatione cum impatientia & ma-  
 jori desiderio.

Habetantùm moderationis & pers-  
 istatis supra tuam personam, ut possit  
 te dici, quod negotia tua cum ratio-  
 ne tractes, quod opereris cum inclinatio-  
 ne & complacencia, & quod respicias  
 successus cum indifferentia.

Non dico ut sis insensibilis. Oportet  
 ut habeas passiones, & ut tuæ passiones  
 sint ferventes. Oportet ut tui equi-  
 tati

cernè impellantur ad cursum. Te por  
debet esse in consilio, & indifferentia in  
ratione. Et in hoc consistit pulchri-  
tudo vitæ humanæ, ut quis videat in no-  
stris actionibus & desiderijs ardorem  
magnanimum & nullam præcipitatio-  
nem.

Deus sine omni perturbatione agit  
ea, quæ agere tenetur ut Deus, & est si-  
cut sol in medio cœli, semper occupa-  
tus cum infinitis operibus, & tamen sem-  
per tranquillus.

Sis ejus umbra in horologio solari  
hic in terris. Progredere, & eas eò, quò  
tua obligatio te vocat. Fac ea quæ face-  
re tenetur is, qui regit aliquam domum,  
aut civitatem, vel statum, aut qui regit  
actiones Populorum. Sed sis tam sapiens,  
& ita tranquillus, ut appareat per tuam  
modestiam & tranquillitatem, quod sis  
in perfecta pace, nullam habens indis-  
cretam sollicitudinem.

REGULA SEPTIMA.

*Fatus statim indicat iram suam, qui  
autem dissimulat injuriam, calli-  
dus est. Prov. 12.*      PARA-



*Handwritten notes in red ink on the book's spine, including the word 'milia' and 'apud'.*

## PARAPHRASIS.

Ordinaria hominis indiscretio est, cito suam declarare cholera. Vnde eam quærit extinguere. Interesse illi secretò conducit: dum nascitur, Politicus eam regit; Sapiens verò illam deprimat, & statim mori facit.

## REFLEXIO.

**F**Ac adhuc melius, & si est possibile ex momento dum nascitur, eam pedias. Quàm parum etiam temporis irregularis cholera remanet in tua anima, vel apparet in tua facie, certò manebit nisi cum disordine & pudore Sui inopinati motus non sunt tua mina, sunt tuæ debilitates, & quam tibi nullam culpam infligant, nihilominus tibi malè quadrant, & cum sit hoc eos suppressere, plus erit illos planè sentire.

Scio benè quod gloriosum sit, resistere & vincere, sed cum est in quaestione resistendi alicui periculosa passioni, se ipsum vincendi, magis gloriosum est nullos sentire motus, & nihil apud habere, quod necessariò destrui debet, aut quod timendum habeas.

Time tales triumphos, quibuscum deberes esse captivus, & elige potius habere perfectam sanitatem, quam remedia pretiosa; habere spiritum patientem & modestum, quam excellentes regulas contra impatientiam.

Intellige, quod ipsa prudentia, quae personis facile excandescentibus & biliosis tribuit multas pulchras instructiones pro moderando eorum ardore, si esset in illorum potestate suam reformare naturam, nullum aliud ipsis daret consilium, quam hoc unicum verbum.

*Formate alium.*

REGULA OCTAVA.

*Spiritu ad irascendum facilem*

*Quis poterit sustinere? Prov. 18.*

PARAPHRASIS.

*Quis potest vivere cum homine, qui continuo irascitur, & sine data causa, qui subjectus est frequentibus accessibus unius cholera immoderata? Sed quomodo potest se ipsum in tam pudendo statu sufferre?*

*Quod pejus est, hoc ipsum malum, sicut*  
F alia



*Handwritten notes in red ink on the book's spine, including the word 'OCTAVA' and some numbers.*



alia mala inferni non habet remedia  
do quo non potest sanari antequam  
cesset vivere, vel redeat ad principium  
sua vita, pro mutando suo tempore  
mento & accipiendo alio corpore.

## REFLEXIO.

**I**Nter choleras illa est magis im-  
portabilis, & homine aliqua qualitate  
prædito indigna, quæ à se ipsa accen-  
ditur, & quidem sicut quædam tempestiva  
nubes, ex qua inopinatè procedunt  
fulgura & horribiles boatus, quæ  
eò nemo & nullus hominum ignem  
miserit.

Nemo apud tales personas potest  
securus, vel in pace; Nec quidem ce-  
tum ipsæmet pacificè degunt. Quæ  
licatus cuiusdam infirmi Principis  
portet subtiliter & sollicitè progredi  
cum timore ac circumspectione in-  
cere, ut non expergefiat.

Mirabile est fatum taliter confu-  
torum hominum; Secundum opinio-  
nem Philosophi nihil est in mundo  
quod non videtur ipsis circum-

spinis, & non putent se offendi ab omnibus qui ipsos tangunt aut accedunt.

Et in omnibus honestis civitatibus, in beneficiis & gratiis inveniunt aliquid quod ipsos offendat. Hoc idem quod loqueris, aut quod ipsis facis ad eorum complacentiam, de eo conqueruntur, & credunt se esse offensos.

Tua verba & tuæ actiones etiam magis respectuosæ sunt spicula quæ eorum bilem promovent; Vides enim eos inopinatè extra se proVectos, in horribiles furores, quia illorum genius audivit aliqua verba, vel vidit in oculis quædam æquivoa aut aspectus inversos, quos non intellexerat.

Verum est quod unusquisque habeat suas debilitates & miseras diversimodè distributas per ipsam corruptam naturam, infelix ille homo, cui hæc obvenerunt. Time & plora si eas accepisti.

Scio benè quod tu has choieras voces accidentia inevitabilia, vel errores necessarios, qui excusationem & compassionem merentur. Ex quo oritur magna quaestio, ut veniamus ad ipsum punctum.



*Handwritten notes in red ink on the book's spine, including the word 'consilia' and other illegible characters.*

ctum. Nemo conqueritur, quod in infirmitati sis subiectus tanquam in infirmitate humanæ naturæ, sed quilibet conqueritur, quod cum hominibus vivere præendas. Magnum est infortunium hanc pestem in cordis intrinseco seculo ferre, majus crimen illud ferre ad quam urbem, & comparere cum ipsa humanis societatibus.

Et quod adhuc est inexcusabile, quod eam circumferas ad ipsa tribulatio, & quod velis exercere aliquod officium, in quo eris obligatus convenire & tractare cum omnis sortis hominibus.

Quare mundus scandalizatus quod die in tua persona cogitur agnosceret le opprobrium humanitatis, & contempnari stante tua cholera omnes iniquitates & stultitias tuæ infirmitatis brutalis & ridiculæ.

Vel sanare, vel te abscondi. Hinc quidam ex senioribus benè dixit, quod intra & cryptæ sint habitationes præparatæ per ipsum Creatorem pro peccatis subiectis impetuosarum & eccensarum cholerarum.

Disce id quod natura te docere deberet, & id quod omnes honesti homines concipiunt, nempe omnium afflictionum nihil crudelius, & minus supportabile esse, quam non posse sufferri ab aliis. *Spiritus ad irascendum facilem, quis poterit sustinere?*

REGULA NONA.

*Noli querere à Rege Cathedram honoris. Eccl. 7.*

PARAPHRASIS.

*In tuo corde nullum des ambitioni locum; non relinquant ut hic ventus te urgeat, & te faciat cum pudore currere post fumos & vanitates, nec etiam adspirare ad officia, quamvis in veritate essent honorabilia.*

*Dum gloria hujus mundi se tibi presentat, & eam ipsa Providentia tibi mittit, acceptes illam, sed si tibi dicitur, ut ei obviam eas, vel illam per sollicitationes aut dona prevenias, excusa te, & da hoc humile & generosum responsum, quod minima officia oblata*



*in illa  
apud  
Omnem  
73*

*ex amore sint digna & debeant accipari, sed quod maxima etiam officia non sint digna alicujus aestimatione debent anxiosè sollicitari.*

*Dic pariter, quod respectu aliorum locorum, cessent ipso merito, si quis desiderare id quod meretur.*

## REFLEXIO.

**A**mbitio malè quadrat prudentia, honor est in decens stultitia.

Si es homo mali exempli, & si sit in ordo aut scandalum in tuis actionibus, fuge honores, & te absconde; si in casu aliquo Princeps te obligare velit petenda quadam gratia, non roga, quod admodum ille famosus stultus, recedendi à tuo Sole; roga eum, ut te in tuis nebris potius relinquere velit.

Considera eas dignitates quæ tibi conferuntur, & de quibus tui amici loquuntur, vel quas ambitio tibi insinuat, si tuam confusionem & infortunium, diffidere potes eas ferendi per scientiam aut sufficientem virtutem.

Nihil enim turpius aut dedecorosius nobis est, quam ipsa gloria, dum ab illa gratia & merito possidetur,

Si enim verè sumus inæstimabiles, omnes dignitates & humanæ magnitudines in nobis nil aliud quàm opprobrium crescere faciunt.

Nostra statura Corporis super aliquo theatro nec fit pulchrior nec major, sed nostra parvitas tantùm magis apparet. Mitra & Coronæ non nos exaltant, nos eas portamus, & erimus semper parvi cum iisdem, si non aliàs, quàm propter illas magnæ personæ sumus.

Irascaris dum alii pro risu & recreatione te honorant, sed mirum, quod non gravius irascaris in statu in quo es, si sincerè & cum affectione te honorarent.

Honor serid factus personæ indignæ alicujus honoris, non minor ipsi erit causa alicujus cholera, quam honor alicui redditus à personis irridentibus.

Denique non sufferas ut exalteris, ne illi qui te videbunt in Cathedra honoris, gloriantur, se vidisse tam benè, quàm Salamon, rem horribilem visu sub sole.

*Malum quod vidi sub sole, positum stultum in dignitate sublimi.*

## REGULA DECIMA.

*Tristitiam non des anima tua,  
non affligas te metipsum in con-  
silio tuo.*

## PARAPHRASIS.

*Non oneraris sollicitudinibus, nec inqu-  
tudinibus: Reijce tristitiam ex con-  
silio tuo. Tristitia enim mortem multis  
hominibus, & nihil prodest, quam da-  
re potentiam multis pœnis hujus vite,  
permutare umbras & apparentia  
mali in vera & immortalia mala.*

## REFLEXIO.

**Q**uando quædam injuriosus occu-  
patione, & delibera cum eadem sine  
quietudine & perturbatione mentis,  
ut cogitationes tuæ te illuminent,  
non totaliter consumant; ut negotia  
occupent, non verò te affligant, & in-  
terferant quam quietem turbent: Sunt enim  
data pro officio tuæ rationis, non  
pro tuo supplicio.

*In tuis actionibus considera cum*

MA. timentia tuos errores, qui proveniunt ex  
 dispositione fortunæ, aut etiam à te ip-  
 so. Crede quod aliquis sit sufficienter  
 prudens & qualificatus, qui per decem  
 errores didicit quendam actum, vel ali-  
 quod negotium feliciter peragere. Non  
 desperes in hujusmodi infortuniis, con-  
 tra ex iis illuminari.

Excelsens enim est remedium, exi-  
 mendi se ab inquietudinibus, dum quis  
 officio aut dignitate sua occupatur, re-  
 tinere passiones suas in obedientia &  
 ordine, & sapius elevare mentem ad  
 Deum, & cum ipso familiariter conver-  
 sari per continuas conversationes unius  
 respectuosa confidentiæ.

Et quamvis sciat omnia, quæ tu in  
 tuis negotiis scire potes, imò adhuc me-  
 lius cognoscat omnes tuas inquietudi-  
 nes & difficultates, quibus turbaris, &  
 quæ in tua mente irresolutiones gene-  
 rant, sibi tamen complacet, eas à te ipso  
 percipere, sunt enim secreta tui cordis,  
 quæ ipsius amori tribuenda sunt; Con-  
 fidenter eadem ipsi revela; accede abs-  
 que timore, & crede quod in tuo cubi-  
 culo,

F 5

*instituta  
 sapientie  
 C. III  
 73 41*





culo, & locis, ubi cum ipso solus moris, ejus unica sit sollicitudo solummodum tui recordari, quasi tota applicatio tua providentiæ & benignitatis tantum tu particularibus necessitatibus occupatur. Est etenim ibidem pro tua consolatione, ut audiat statum tuæ domus tui officii, aut tuæ conscientiæ: dico ergo eidem liberè & cum sinceritate, quod tibi est notum; Aperi illi cor tuum, monstra omnes ejus amaritudines & inquietudines, ac omnes motus tuarum cogitationum, quæ circumaguntur per timores & tristitias. *Vide Domine quoniam tribulor.* Ecce mi Deus me perditum & submersum in mari dolorum. Sed nihil tibi dicendum habeo, quia ut exaudias mea suspiria, & me amas. Tu vides meas inquietudines & lachrymas, & ego video meum remedium in tuo corde, & tuis labris, loquere & me consolare; Ad minimum non dedignere me aspicere, sed relinque exire ex oculis eam virtutem, quæ afflictos ipsa afflictionum tumba extrahit, & quæ vitæ vigorem tribuit.

Nam tibi quodammodo irascitur, quod in tuis displicentiis consolationes in creaturis quæras, & dum hæ non possunt vel non volunt te juvare, complacet sibi, quod de super ipsi tuam mentem aperias propter illarum impotentiam aut ingratitude. *Verbosi amici mei:* Tibi enim divine Salvator narro meas afflictiones, & offero meas lachrymas; *Ad Deum stillat oculus meus.*

Qui propter suam benignitatem totus inclinatur tibi omnes accordandi desiderabiles consolationes, vult enim cogi per tuas remonstrations & preces, quæ ipsi libertatem demunt tibi aliquid denegandi.

REGULA UNDECIMA.

*Averte faciem tuam à muliere corrupta. Eccl. 5.*

PARAPHRASIS.

*Non relinquant ingredi in animam tuam & tuos oculos aliquem amorem. Abstrahere oculos tuos à femina qua placere appetit, & non intueri aliquam pulchritudinem, qua ad te venit, ut*

te cœcum reddet, & auferat omnem  
spem videndi infinitam & supremam  
illam pulchritudinem.

## R E F L E X I O.

**A** Nulla re magis paveas quàm  
amore & affabilitatibus scemini  
alicujus malitiôsæ. Time ejus accessus  
& civilitates. Time ejus vocem, oculum  
& manus; Nihil enim habet dulce  
amabile, quod non tanquam mortuum  
apprehendas.

Ipsius instinctus scit facere sagittas  
jacula ex omnibus rebus, quæ naturæ  
ipsi largita est.

Quod aliàs pro nihilo reputare potest  
in ipsa periculum gignit. Non est necesse  
se aliud, quàm unicus ictus oculi, ut  
dejiciat, non nisi unicus crinis, ut te al-  
get. Ipsa fuga tibi parum prodest,  
eam vidisti, antequam fugisti, certè non  
procul fugies.

Ne attendas fallaciæ mulieris; venenum  
ejus, quasi ros qui ex ore provènit, su-  
cile & delitiosè cor tuum occupat, sed  
brevis mutatur in venenum, quod tu  
viscera arrodit: *Favus enim distillant*

bia ejus: *Novissima autem illius amara, quasi absinthium.*

Res, quas tibi loquitur, proferunt in ore ejus periculosos appetitus: discursus ejus & aspectus splendorem habent similem alicujus cometæ, qui apparet, ut tibi prædicat tua infortunia. Quo eum vides, time, & crede, quod brevi plorabis.

Id quod te attrahit, & quod in facie ejus vides, sunt radii veri solis. Scaturigo ejus est pulchritudo Dei, aspice ex illa parte, & accede; Sed in quantum sunt signa inferiora, sunt superficies alicujus lutosi abyssi pleni desperationis & lacrymarum: Attende ne eò curras, & sequaris aliquam fatalem impetuositatem quæ te perdat.

Multi ante te in illum se ipso finet præcipitârunt, & ex fundamento hujus abyssi exeunt ex voces lugubres, & ii lamentabiles ejulatus, qui ab annis sex mille audiuntur, & repetunt hæc tristia verba infelicis Salamonis: *Vanitas & afflictio spiritus.* Illusiones & traditiones, falsæ pulchritudines, vera peccata, som-

nia deliciarum, & veritates æternorum  
dolorum.

Ipsa prudentia Creatoris fecit opus  
magistrale, dum formaret earum inge-  
nium, & earum faciem, sed ut eas secum  
contempleris, oportet vel revocare ten-  
pus innocentia, vel expectare diem  
gloriae & immortalitatis.

### REGULA DUODECIMA.

*Homo sapiens attendit ab inertiis*  
Eccl. 18.

#### PARAPHRASIS.

*Remedium magis ordinarium, ut pro-*  
*servemur ab inordinatis passionibus*  
*est ipse labor.*

*Homo prudens nunquam est otiosus; sed*  
*non habet quo se occupet, cogitat in*  
*illa qua fecit, & revidet omnes suas*  
*actiones.*

#### REFLEXIO.

**A** Varus occupatur circa bona huius  
mundi: Ambitiosus, ut obtineat  
& mereatur honores; Sapiens vult ha-  
bere labores, conatur acquirere unam  
occupationem ex altera, & providet

suis negotiis magis importantibus & necessariis pro vita humana.

Plus refert carere occupatione, quàm nutrimento. Cui unum vel alterum deest, necessariò peribit: differentia est, quod fame quis moriatur citò & cum despectu, per otium verò lentè & cum pudore.

Quod pejus est, hoc idem otium plus operatur quàm ipsa mors, cum in nobis corrumpat id, quod est incorruptibile & divinum.

Pulchritudo ingenii, bonum naturale, fortitudo animi, & puritas conscientiae habent igneam naturam, quæ non potest durare aut conservari quam per motum & actionem. Est enim illam extinguere, si reddatur immobilis, & id facit otium, quod per suam criminalem quietem destruit plura, quàm tempus per suas agitationes, & cursus, qui omnia invertunt.

Quod tempus per sex mille annos soli facere non poterat, id unus dies otiosus absque agitatione perficeret ad ejus destructionem.

Non

Non oporteret nisi unam horam  
adhuc minus ad destructionem innocen-  
centiæ & fidelitatis unius animæ, quæ  
omnes crudelitates tyrannicæ, & omnes  
voluptatum similitates non poterat  
corrumpere spatio longorum annorum.

Ubique otium est origo mali. Mos-  
tales herbæ, bestia venenosæ, omnes  
corruptiones, pestes & fames nascuntur  
ex otio, & immobilitate elementorum.

Non inveniuntur peccata ignoran-  
tiæ, ipsæ stultitiæ & desperationes, quæ  
in animabus, quæ nihil habent quod  
agant, nisi tormentare se ipsas. Certum  
est id, quod quidam sapiens dixit, quod  
pro punitione infinita & æterna alicujus  
genii aut animi non sit necesse alius in-  
fernus quàm perpetuum otium.

### REGULA DECIMA-TERTIA.

*Avocare, & lude, & age conceptio-  
nes tuas, & non in delictis. Eccl. 31.*

#### PARAPHRASIS.

*Interrumpe tuos labores, dum ratio &  
necessitas id requirunt, lude & ve-  
scea tuum animum per aliquam tem-*

*erit.*

creationem honestam, & ut melius facias, sequere tuas inclinationes, & fac secundum tuum genium. Elige in tuis oculis eum modum, quem scis tibi magis placere, & qui proximior est ad te recreandum.

Nihilominus sit in his occasionibus principalis tua sollicitudo, fugere recreationes periculosas tue innocentia, & menti tue imprimere, quod melius sit plorare cum Sanctis, quam ridere in societate peccatorum; quod sufficiat sumis conversari, ut criminalis inveniaris, & ita ludere cum illis ut aliquis brevi tam miserabilis, quam criminalis judicetur. Lude & non in delictis.

## REFLEXIO.

**L**usus est sapiens institutio naturæ, & unum necessarium exercitium vitæ humanæ. Nostra vita quolibet die, ut regatur secundum regulam divinæ Providentiæ, debet esse sicut nostra manus, divisa in quinque partes differentes, nempè devotionem, laborem, quietem, somnum & lulum.

Hinc



Hinc apparet, quod lusus in hac di-  
 visione teneat ultimum locum, & quod  
 certi reformatores non sine causa ju-  
 daverint, quod oporteret abscindere  
 nostra manu hunc minorem digitum  
 tanquam rem inutilem, & incongruam.  
 Si autem vis cognoscere, quantum ne-  
 cessarium sit, ut ibidem permaneat,  
 quantum lucri capimus ex hac præter  
 inutilitate, observa dum ludis hæc tri-  
 vel quatuor consilia, quæ accepta sunt  
 ab exemplis & regulis sapientioris ab  
 cujus Principis, qui unquam aliquando  
 thronum calcarunt.

Lude, dixit ille, & recreationem tibi  
 sume, sed cujuscunque possis esse con-  
 ditionis, nunquam lude quam post la-  
 borem.

Natura non invenit lulum, quam  
 sublevet & compenset homines, qui  
 labore discedunt: negligentes & otiosi  
 furantur hanc remunerationem naturæ,  
 nec nobilitas, nec divitiæ eos excusant,  
 sunt criminales à tempore quo ludunt.

Nihil appone lusui, quod tuæ con-  
 scientiæ nocere possit, & tibi causare ali-

quap

quam inquietudinem dolorem aut peccatum.

Sis modestus & conserva respectuosum silentium ; dum lusus tibi favet ; ride, quando perdis, & de nulla re irascearis, quæ tibi accidere possit : sis æqualiter quietus & affabilis tam in fortuna quam infortunio, & assuesce sine aliqua emotione obviare omnibus mutationibus capriciosæ fortunæ, non mutare visum nec animum, & nunquam rapi per aliquam extraordinariam admirationem, dum vides magnas hujus Orbis revolutiones & motus regnorum per inconstantiam fortunæ conquassatorum.

Imitare illum Regem, de quo loquitur Sidonius, quod luserit, ut studeat, quomodo possit devenire aliquis magnus Monarcha, & lucrari aut perdere victorias, ità tamen ut nihil perdat de solita moderatione, & tranquillitate sui animi.

Fac adhuc amplius, & addisce ut perfectè ameris, quomodo excellentes qualitates nobiliorum animarum magis æstimentur, & majorem splendorem & potesta-

potestatem supra aliorum voluntatem  
obtineant. Et dum eorum lucraris po-  
tuniam, lucrare pariter eorum corda.  
Monstra tunc temporis tuam bonam  
naturam & honestam inclinationem, &  
per tuas manus hunc vinculum tuum ad  
versarium eò deducas, quò debeat ma-  
gis cogitare ad tuam virtutem, quàm  
suam perditionem; Et cordetenus con-  
fiteri cogatur, se plus lucraturum fuisse  
si posset tuo uti exemplo, & tibi assu-  
lari.

Non perde aliquem lusum, nisi simus  
& semel lucreris id quod alicui viro ho-  
nesto desiderabile est, nempe monstra  
in sua facie, & in suis discursibus talis  
affabilitatem, quàm obligentur spectato-  
res, quamvis te videant perdere, in hoc  
tamen prorumpere verba, quæ olim  
Theodosio magno fuerant dicta, quod  
nempe velint potius esse victi, & perde-  
re tecum, quàm vincere & cum aliis esse  
felicis.

Denique ut lusus tibi sit schola per-  
fectionis, non recede à lusu, quam  
pientior & magis instructus, antequam  
lucreris

lucreris. *Lude, & non in delictis* Lude, tibi dico, sed sedulò attende, ne cadas in eam infelicitatem, in qua invenitur cumulus omnium infelicitatum & criminum, quod est se lusui totum tradere, & postposita omni alia felicitate, illi dies noctesque impendere, & in eo quodammodo transigere æternitatem.

Sancti Patres mirabilia scripserunt de hac materia, & tali modo locuti fuerunt, ut fecerint pavere primos Christianos, super quo non habeo, quàm hæc duo tibi verba dicenda, quod ex omnibus dæmonibus, qui homines cruciant duo crudeliores sint, Avaritia & Lusus. Avaritia est ardor inextinguibilis, semper acquirendi, & nihil dispensandi aut perdendi: Lusus verò rabies insatiabilis sine intermissione perdendi, omnia bona quæ in domo inveniuntur, & quæ apud amicos mutuò accipi possunt, simul corradendi, ut stante pede projiciantur per unicum alearum jactum in unum abyssum, simulque quodammodo totas creditorum & amicorum domos invertant.

Quod

nihil  
spicant  
Omn  
72 48



Quod tamen non provenit ab electione voluntatis humanæ, sed a flamma ignis infernalis, quæ ingressa animalium, hos ducit & urget, ac totaliter cogit, ut postquam luserunt & perdidissent suam pecuniam, suos redditus, bona, suas domus, sua mobilia, suos habitus, & sua lecta, ludant adhuc propriam suam libertatem, & se sclavos victoribus tradant; Ita ut ludant per suis corporibus, & ea fortunæ facient & insaniei deceptorum, perdant proprias animas, & eas dæmonibus sacrificiando, ita ut signent proprio sanguine schedas & contractus hujus æternæ donationis: ita ut illudant suo Deo, ei renuncient per execrabiles abjurationes, per blasphemias, per renegationes, & per desperatas exclamationes quas contra cælum proferunt durante eorum furore, rumpendo & pessumdando ipsum Crucifixum Dominum.

Quibus non solummodo se ipsos & suos etiam absentes hæredes perdunt. Quia cum sit verum id, quod quoties in omnibus societatibus dicitur, quod

inter hos Dominos & Dominas quæ  
superbis vehuntur rhedis, & magnifico  
stipulantur famulatu, tales inveniuntur,  
quorum parentes aut avi stipem qua-  
rebant per plateas, aut panem serviendo  
lucrabantur: non minus verum est,  
quod inter illos pauperes, qui hodie sti-  
pem quaerunt, tales inveniuntur, quo-  
rum avi ludendo suos comitatus & no-  
bilitates perdiderunt, facti parricidæ  
propriarum familiarum, & antecesso-  
res hujus pauperis posteritatis. Qui-  
dam sapiens rectè dixit, quod quemad-  
modum argentum & aurum novas pro-  
ducit familias; Ita lusus cum aliis illece-  
brosis & damnosis consumptionibus  
destruit antiquas. Quam multa magna  
nomina in historiis leguntur, de quibus  
nullus hæres in Provinciis invenitur.

Illi homines & foeminae qui multum tem-  
poris & superfluae habent pecuniae, & u-  
num ac alterum diu noctuq; consumunt  
ludendo, erunt proprie illi, qui in hora  
judicii condemnabuntur ad infernum,  
ideò quod pauperibus non subvenerint.  
Quilibet proferet suam excusationem, hi  
quod

quod tempus non habuerint, alii quoque media ipsis defuerint, & alii, quod ipsi pauperes fuerint. Lufores verò, non habebunt quod respondeant aliud, quàm quod noluerint, & quod magis lufum quàm Iefum amaverint Crucifixum.

Unico verbo, *Lude & age conceptas tuas, & non in delictis.* Labora, tua conserues media, lude & recreare tuam conserues fanitatem, tuam innocentiam, & tuam vitam, ut placeas Deo & obedias legibus suæ Providentiæ.

## ARTICVLVS QVARTVS

### *De regimine lingua.*

#### REGULA PRIM. A.

*Responsio mollis frangit iram, sermone durus suscitatur furorem.* Prov. II

#### PARAPHRASIS.

*Ensis non domat hominum choleram, verò verbum suave & humile. Dum illi clamant, nos pariter clamamus utimur injurijs, minis & medijs violentis, ut eos tacere faciamus, interim nostri obliviscimur,*

nempe tantum unico verbo dulcedinis  
& civilitatis indigeamus.

Lingua placabilis lignum vite, qua autem  
immoderata est, conteret spiritum:  
nam lingua suavis, discreta & elo-  
quens est arbor vite, ubique tam in do-  
mo, quam omni societate & conver-  
satione. Unusquisque exinde sumit  
fructus consolationis, remedia inque-  
runtium, & aliarum interiorum in-  
firmitatum. Medetur omnibus nostra  
anima plagis, verum lingua temera-  
ria est ensis, qui eam vulnerat, & qui  
per sua immoderata verba ipsi ictus  
infernus mortales usque ad imum cordis.

## R E F L E X I O.

**N**ihil est in quo homo se magis ex-  
erceat quam in loquendo & con-  
versando cum suis amicis; & nihil et-  
iam est contra, in quo minus proficiat,  
& quo sit magis ignorans ac magis im-  
perfectus.

Incipimus enim conversari ab ipsis  
cunis, & tamen nescimus veram con-  
versationem in ætate sexaginta anno-  
rum, dediscimus in ipso studio & exerci-  
tio,

G



tio, & eo magis quo atate crescimus nostri errores magis periculosi & incusabiles æstimantur.

Aliqui docent hanc artem bene conversandi, omnes discunt, sed paucis sciunt. Ipsi Professores de illa valde bene loquuntur, sed malè operantur. Scribunt de ea excellenter, sed suam legem quam secundum sua scripta non observant. Regulæ quas docent, sunt ipsorum captum, & ipsimet nesciunt observare: ita ut nulla ars inveniri que habeat plura pulchra præcepta, minora exempla, in mundo sapienter conversandi.

Si non potes ad altum gradum perfectionis ascendere, nec esse è numero eorum magnorum hominum, qui trahunt sibi affectum in conversatibus; ad minimum non sis de numero importunorum & incommodorum, pone te cum omni studio extraneorum insupportabilium.

*Odibilis est, qui procax est ad loquendum.* In horum locum ponuntur homines, quorum scientia est scire con-

rudenda, quæ in domo aut vita unius-  
cujusque personæ committuntur, &  
quorum conversatio & negotium est, de  
iis incessanter loqui, & ubique omnia  
publicare: homines audaces in detra-  
ctionibus, indiscreti, temerarii, & verbis  
intolerabiles.

*Beatus, qui rectus est à lingua nequam.*

Adhuc verò beatior, dum in talem inci-  
dis, quem relinquant omnia dicere, nec  
differentiam eum eo habeas.

Perfectè beatus est, qui taliter agit,  
ut timeant eum aliquid incipere, co-  
acti ubique in sua præsentia sapienter  
agere.

His hominibus insupportabilibus  
conjunguntur linguosi, & sunt tales utri-  
usque sexus homines, qui in conversatio-  
nibus semper apertum os habent, & quo-  
rum conversatio, sicut olim Philosophi  
Anaximenes, consistit in eo, quod in  
omnibus occasionibus effundant ver-  
borum flumen, mentis guttam.

Tu verò sis magis eruditus & mode-  
stus, relinque alios sua dicere, postquam  
etiam tu tua dixisti: concede aliis tem-  
pus

pus tibi pariter respondendi, & scias  
cere dum alii loquuntur. Demonstrat  
lis, quod & tu possis alios audire, & n  
fac ut de tua persona sibi imaginem  
illud, quod de hic dicto Philosopho  
ratur, nempe quod natura loco duar  
aurium tres ipsi dederit linguas.

In hunc pariter locum ponuntur  
verè homines insupportabiles & fat  
qui non possunt loqui, nec sufferre,  
aliquis cum ipsis aliud loquatur, qu  
de eorum propria laude. Videntur enim  
nihil aliud sapere quam suam felicita  
tem, & suos proprios actus, ita ut ve  
neminem aliquid aliud scire, quam ha  
ipsam illorum fortunæ & actionum  
historiam, hanc indifferenter omnia  
narrant, & quamvis eam sæpius redic  
obliviscuntur se eam narrasse, ita ut  
denuò narrare semper incipiant.

Illi qui se ipsos laudant, parum  
in societatibus valent, quam si qui  
perantur, quod ego magnæ infelic  
tis iudicio pro homine honorato, qu  
uno vel altero impingit, nesciens  
giendi modum.

Transiret, si hoc malum apud ipsos maneret: sed dum cum talibus conversaris, facile habitudinem sumis, etiam de tuis stultitiis loquendi, & te ipsum laudandi. Fac melius, & suffer eos, sed non imitare.

*Laudet te alienum, & non os tuum.*

Tene hanc regulam, quod incomparabiliter minus sit, vituperari & ab aliis vexari, quam seipsum laudare. Impostores & libertini sæpè vituperio afficiunt, & accusant sapientiores, nunquam aliquis prudens se ipsum laudavit.

Ponuntur ad eundem ordinem insupportabilium stulti temerarii, & præcoces, qui nesciunt loqui sine vexatione, & offensione eorum, qui illos auscultant.

Verum est quod vexationes modestæ & honestæ necessarium sal pro nostris conversationibus sint, quæ facile corrumpuntur, deveniunt inspidæ, & displicentiam generant, quando in illis risus abest; sed nimis multum salis est pejus, quam si nullum adesset, & hoc multum non differt ab ipso parum. Oportet multum habere prudentiæ, ut quis in

moderatione permaneat, & non usque  
ad excessum progrediatur.

Nunquam cum aliis lude in verbis  
non es extremè sapiens, & si non  
telligis methodum id discretè, & cum  
bona gratia faciendi.

Vexationes namque in hisce suffi-  
enter forent discretæ, si essent sicut  
bestiarum, dum enim bestia simul ludunt  
& se divertendo percutiunt, aliquis  
deret, quod una alteram mordeat, &  
ima viscerum velit penetrare, non  
men aliud sibi causant quam sibi adu-  
regendo suos dentes & unguis cum  
trema moderatione, ita ut nec cutem  
ingrediantur.

Tales qui libenter vexant, non sciunt  
suam frenare linguam, impellunt enim  
suas puncturas, & pungentes indistinctas  
tasque vexationes usque ad fundum pectoris.  
Dum ludunt, semper eorum  
sanguis bullit; semper causat aliquando  
læthale vulnus in corde cuiusdam amici  
& nunquam aliquis exit ex hoc genere  
belli, qui non vulneratus fuisset.

Est valdè communis modus in eo

versationibus, ut quis alteri declaret bellum, & eum armis sui ingenii aggrediatur cum innocentibus malitiis alicujus lætabundi humoris, sed nostra crudelitas in his bellis & contrafactis contractibus eò devenit, ut velit semper esse mixta cum aliquo vero despectu. Credimus nos non sufficienter risisse, si noster amicus non sentiat se in ipso corde fuisse punctum, & si nihil dixerimus, quod ipsi displiceat aut eum offendat.

Homines magni judicii, & excellentis naturæ sciunt miscere respectum inter has familiaritates & contentiosas adulationes, simulque sciunt impedire, ut inter hos ingeniosos contractus & amicabiles ictus non subintret aliqua ambitio despectûs, aut verbum indiscretum.

Illorum scientia adhuc ulteriùs progreditur; sciunt enim hunc ipsum respectum eousque miscere, ne simul excipiant, minentur & verè irascantur.

Homo prudens sciat tanquam Dominus famulo suo loqui, nec tamen ipsum simul vituperet, aut tale dicat ver-

bur. de quo offendatur, sciat loqui tan  
quam aliquis Judex alicui personae cri  
minali, & verbis severis & terribilibus  
reprehendere ejusdem errores, cum  
tamen respectu, qui ejus dignitati de  
betur. Accuset solummodo voluntate  
tem delinquentis, tantum ipsi vitio ve  
tat id, quod liberè commisit, & non  
tuperet id quod natura aut aliquod  
fortunium in ipso constituerunt.

Unus alteri inviolabilem debet re  
spectum. Non oportet id quod ip  
saxis & marmoribus ex justitia tenentur  
recusare infantibus & pauperibus, nec  
eorum figura sumpsit umbram similitu  
dinis cum Deo & Sanctis ejus.

Cum nostra anima ferat imaginem  
Divinitatis, sacrilegium est, quod un  
alterum vituperet. Infelix inclinatio  
quam remonstrare cogimur, nos un  
aut alteram personam parum aestimat.  
Est enim vera rabies, quam nobis Di  
mon inspiravit cum veneno, quod in  
stro cordi infudit eo die, quo nostra  
corruptam naturam.

Si possemus sufficientem nobis fieri  
resp

respectum, ipsæ familiaritates non essent, quàm cœlestes dulcedines, & nostræ vitæ domesticæ libertates.

Ex eo quod unus alteri non ferat mutuum respectum oriuntur contentiones in domibus, & ex his contentionibus omnes reliquæ infelicitates.

REGULA SECUNDA.

*Sapiens in verbis se ipsum amabilem facit. Eccl. 20.*

PARAPHRASIS.

*Verba sunt animæ pictura; Illa sunt quæ hanc dignoscere faciunt. Et hæc spiritalis substantia non potest melius quàm in ipsa lingua videri. Quando aliqua anima locuta fuit de aliis rebus, non est necesse, ut de se ipsa ad sui cognitionem loquatur, statim enim quo aliquis audivit id quod dixit, cognosci potest etiam quod antea fuit.*

REFLEXIO.

Ipsa felicitas, ut quis ametur, dependet à modo suam regendi linguam. Adæquatè & non nimium loqui, non esse nimis loquacem, nec nimium taciturnum:

G 5

turnum:



turnum : proferre discursus graves & elevatos, & dignè loqui de rebus importantibus & seriofis, dum id necessitas requirit; Simulque quando necessitas est, scire se humiliare. Ridere cum indignis, & ridendo sequi honestas regulas: scire miscere laudes & veritates inter jocos & vexationes. Ludendo, neminem ultra alterius honorem & laudem tangere: nihil quam sapienter & modestè loqui cum omni veritate & sinceritate: hoc est sicut deus & omni quo fieri potest modo per verba, quæ sunt imago alicujus spiritus rectè ordinati, hominum lucrari consuetudines.

Bona enim officia hominum inclinationes rarè capiunt, munera tantum in oculos tangunt. Oportet conversari ut quis amet aut ametur.

Sunt autem verba sapienter & cum respectu prolata, per quæ nascuntur inclinationes immortales, & hæc nobilitas & famosæ amicitia, quas videmus, quæ olim inter amicos videbantur.

Homines Politici, Consilarii, & famosi Judices & doctrinâ præditæ per

nae suam reputationem & fortunam eorum prudenti & discretæ linguæ adscribunt.

Fœminæ, quæ magis æstimantur & considerantur in hoc mundo, non sunt illæ, quæ majori pulchritudine aut ingenio præcellunt, nec illæ quæ plures res vel scientias norunt; Reputatio & honor quem per has admirabiles qualitates obtinent, citò prætereunt. Hinc nulla constantius & perfectius amatur, quàm quæ prudens & discreta est in verbis.

Sicut autem videtur nihil esse facilius, quàm suam regere linguam; Sic etiam videtur, quod nihil sit facilius quàm ut quis ametur.

Quod tamen rarum est, quia sæpe nolumus taliter loqui pro ut audientibus placet. Desideramus enim dicere, quod nostræ perversæ inclinationi placet, & libentius insupportabiles aliis sumus, quàm conemur retinere aliqua inconsiderata verba, aut ea cum modestia & humilitate proferre.

Sæpè convenimus ad societates &

G 6

con-

conuersationes non nisi ut monstremus  
nostram insaniam & pudorem, quæ tu-  
men in aliquo inordinato ingenio ma-  
gis deberent esse tecta. Volumus tamen  
ut illud appareat, quia volumus loqui.  
Pro fœditate coperienda, mascara  
excellens inventio; Stultitiæ verò ipsius  
silentium: esset enim illa coram oculis  
hominum incognita, si stulti possent  
tacere.

### REGULA TERTIA.

*Sapiaentia absconsa, & thesaurus  
visus, quæ utilitas in utrisque  
Eccl. 20.*

#### PARAPHRASIS

*Homo sapiens alijs injuriam facit, quando  
nihil loquitur. Thesaurus abscon-  
ditus & sapientia muta sunt equaliter  
inutiles. Melior enim est, qui celat sa-  
pientiam, quam qui abscondit sa-  
pientiam suam.*

#### REFLEXIO.

**P**ersæpè accidit, ut ii qui ingenio  
pleni, & qui multa sciunt, valdè pau-  
ca loquuntur.

Quod provenit vel ab ipsa comple-  
xione melancholica, quæ illos facit ama-  
re solitudinem, & habere complacen-  
tiam in divertendo seipfos, vel à con-  
scientia critica, quæ illos facit appre-  
hendere errores in conversatione inevi-  
tabiles, volendo ex ea hanc habere glo-  
riam, se nunquam ex proposito aliquid  
dixisse mali.

Sed quæstio est, an sit magis crimina-  
le & pudendum loqui indiscretè, quam  
tacere.

Deberent homines recordari in re-  
gimine linguæ, quod ultimus & mini-  
mus gradus prudentiæ sit, scire tacere.  
Secundus, scire pauca loqui, & se mode-  
rari in discursibus. Tertius & perfectis-  
simus, scire multa loqui, & tamen nec  
malè, nec nimium scire loqui.

Verum est, quod magna requiratur  
discretio datis occasionibus posse tace-  
re, & retinere illud, quod non debet esse  
cognitum. Major tamen adhuc discre-  
tio requiritur, ut alii non suspicentur,  
nec cognoscant per nostrum silentium,  
nos velle tacere.

Quod silentium in hoc consistit, potest se verbis cooperire & tegere nostrum secretum, dicendo liberè & audacter illud quod potest, & quod debet in conversationibus dici.

Secretum enim est sicut thesaurus qui media ex parte jam est notus, quando scitur, quod sit absconditus.

### REGULA QUARTA.

*Ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis, & attende ne fortè labatur in lingua. Eccl. 28.*

#### PARAPHRASIS.

*Ori tuo facito ostium. Relinque porta tua scrinia & tuos thesauros sine seris, quam tua labia: & sis sollicitus ne ex ore tuo exeat aliquod verbum quod possit offendere, aut culpa subjectum.*

*Præfigures tibi, ait Prophetia, quod sit in societatibus, sicut super glacie, lente & sapienter progrediendum est. Time semper ne tua lingua labatur & tuum iudicium cum illa cadat.*

Quot verba inadæquata, indiscreta,  
& temeraria pronuncias, tot lapsus  
tui ingenij facis, qui cadunt super alios  
& eos vel ledunt vel incommodant.

## REFLEXIO.

**B**onum est consilium quod nobis  
datur ad impediendum, ne aliquod  
simile verbum possit de ore nostro exi-  
re, ut ei seras apponamus.

Cùm autem oporteat illud sæpè ape-  
rire, & loqui quando ratio & necessitas  
id volunt, videtur quod hæ seræ parum  
profint. Mala enim verba sunt proxi-  
miora apud portam, elabuntur inter bo-  
na: Et quia bonum est loqui, impossi-  
bile quasi est, posse impedire, ne quis  
malè loquatur.

Potest tamen hoc fieri, quando ipsa  
prudencia claves retinet, cujus principa-  
lis occupatio in nobis sit, esse continuò  
apud dictam portam oris nostri, & eam  
claudat & aperiat tam sæpè quàm id ne-  
cessitas requirit. Statim enim quò illa  
abest, accidunt perturbationes & disor-  
dines, & potest dici, quod major pars  
infelicitatum, quæ in civitatibus & do-  
mibus

mibus fiunt, & quæ tot lacrymarum causæ sunt, proveniunt ex eo, quod prudentia non sit ubique, ubi hominum linguæ comparent. *Lingua civitatis muratas destruxit, domos Magnatum effodit.* Eccl. 28.

Ubi verò hæc dicta prudentia est, una res ex admirabilioribus vitæ nostræ humanæ accidit, quod nempe talis sapiens & prudens, sicut alii prompte loquatur, sua non diu quærendo & numerando verba, interim tamen nullum proferat, quod hæc ipsa prudentia non consideraverit, & super quod ea non fecerit suas judiciosas reflexiones.

Discursus ejus est aqua currens & rapida, sed hic ipse cursus non impedit quominus non tantum sibi temporis summat unamquamque considerandi guttam, & nullam præterire sinendi, quam non cognoverit aut examinaverit.

Ita ut verum sit, quod in mundo inter miraculosas promptitudines haberi possit aliquod eminens & illuminatum ingenium, quod omnia quæ dicit, bene consideravit. Ubi lingua necesse habet

integr  
ingeni  
ad con  
pronu  
disting  
cum il

Un  
nis, d  
confid  
pareat  
nec se  
minar

R  
Qui  
stul

Qui  
re  
tu

IN  
co  
Hinc  
dore  
malè  
into

integras horas ad loquendum , ibi tali ingenio minus uno momento opus est ad contemplandum omnia verba , quæ pronunciat , & omnia quæ retinet , ad distinguendum illud quod dicere habet , cum illo quod reticere debet.

Uno verbo suprema perfectio hominis, dum conversatur cum sui similibus, consistit in eo , ut ex quolibet verbo appareat, hoc non esse quidem exquisitum nec selectum , esse tamen perfectè examinatum.

REGULA QUINTA.

*Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat. Prov. 18.*

PARAPHRASIS.

*Qui respondet antequam audiat, non respondet, quàm ut dicat se esse stultum.*

REFLEXIO.

**I**n hoc ordinariè erramus , quod inconsideratè & nimis citò loquamur. Hinc pœnam habemus , quod cum pudore debeamus revocare illud , quod malè locuti fuimus ; Et ex nostris peccatis

*Handwritten notes in red ink, including the word 'Quinta' and other illegible characters.*





tis sit illud magis culposum, eritas hunc pudorem & non velle revocare.

Timor ne quis cadat in tale aliquo inconueniens, reddit hominem prudentem in suis discursibus extremè circum spectum, hocque pro regula sumit, nãquam aliquid loqui, nisi sit securus, quod non obligabitur ad retractandum & revocandum.

### REGULA SEXTA.

*Noli esse citatus in lingua tua, & commissus in operibus tuis. Eccl. 4.*

#### PARAPHRASIS.

*Non sis promptus in verbis, & lentus in actionibus. Loquere discretè & operare animosè. Promitte pauca, & fac multum.*

#### REFLEXIO.

**N**on imiteris majorem hominum partem, qui sunt nimis boni, cuius fortassis non sit periculosior malitia quàm hic excessus eorum bonitatis, qui nihil est quod magis decipiat. Promittunt secundum sua desideria, quæ sunt magna, & operantur secundum suum posse, quod est parvum.

Obligando nos nostro verbo , nos velle aliis servire , est sapienter agere, nempè promittere minus , quam desiderant , & facere amplius quam sperant.

REGULA SEPTIMA.

*Non omni homini cor tuum manifestes. Eccl. 8.*

PARAPHRASIS.

*Non declares tuas opiniones aut intentiones , & non aperias cor tuum coram omnibus hominibus.*

REFLEXIO.

**C**ognosce aliorum corda , & omnia perscrutare , si est possibile , non tamen te perscrutentur. Sis secretus, non tamen simula , sis contentus , quod tuas reticeas cogitationes , non tamen eas simulationibus coperias. Dum enim oportet secretè agere , non opereris mendaciis : sufficiat tibi silentium. Habe regalem illam perfectionem , quod est : posse loqui & posse tacere ad libitum : dicere tam multa & tam pauca pro ut sunt dicenda.

Habe curam hujus regulæ , ut scias tacere

*Handwritten notes in red ink on the right side of the page, including the words "nihil" and "sicut".*



tacere principaliter ea negotia & res  
confisas tuæ prudentiæ. Quia aliquo  
discopertum negotium proinde est, ut  
si esset totaliter ruptum.

Ex verbis nimis citò prolatis hoc mi-  
nimum senties damnum, quod re-  
dabunt successum. Tempus destruet  
omne id quod est factum; Et lingua  
omne quod est faciendum.

Observa hanc regulam in aliis rebus  
quæ tibi confidenter creditæ sunt, & in  
fidelis iis, quæ de tua persona hanc ha-  
buerunt opinionem.

Dum enim de labiis tuis finis egre-  
secretum tui amici, crede quod amici  
fidelitas, honestas, honor, prudentia &  
justitia simul de anima tua egressa sunt  
& quod inter te & aliquam bestiam  
la alia sit differentia, quàm quod bruti-  
litas hujus consistat in eo quod nescit  
loqui, & tua quod nescias tacere.

Et hoc observa ratione errorum  
aliis commissorum. Multi se jactant  
quod talia mala non committant, quæ  
vident ab aliis committi, tu verò  
adhuc melius, & jacta te, quod de  
nunquam loquaris.

Pecc

Peccatum tui proximi quando tenebris silentii copertum manet, est simplex peccatum, & sæpe tantum ipsi soli nocivum: quando verò tu illud aliis notum facis, causas exinde infamiam ejus innocenti domui, exemplum pro libertinis, & scandalum Ecclesiæ.

Illud quod fecit, non fuerat, ita dicendo, aliud quam principium peccati; tu verò illud per tuam linguam consummasti. Hinc est imposterum crimen consummatum, conjunctum cum omnibus opprobriis & infelicitatibus unius commissi scandalosi & imperdonabilis erroris. Ne publices id quod misericordia divina voluit habere copertum.

Ne publices pariter id quod natura conatur coperire, uti sunt ordinariè imperfectiones, quas reliquit apud aliquas personas, vel errores, quos in natiuitate earum illa ipsa fecit. Si tales notas errores, fac ne alii eos notent. Verum est, quod similes detractiones & vexationes pluribus placeant, sed non sis tam desperditi animi, ut in iisdem tibi complaceras, & ne affligas tuum proprium animum.

num , volendo ut rideat de tali loquela , quæ aliquam honoratam personam reddit ridiculam. Habe displicentiam cognoscendo tales errores , aversione de iis loqui , & horrorem ex illis sume tuam recreationem. Aspira ad eam felicitatem , quam habuit quædam sancta persona , quæ in morte Deo gratias egit de eo , quod toto tempore sexaginta annorum quoad vixit , non recorderet se dixisse aliquod verbum , quod possit offendere aut displicere proximo. De hoc que stude & disce posse tacere : Hoc dicit Aristoteles , studium Principum Regum & omnium hominum alicuius eminentioris qualitati .

Quibus vel maximè silentium bene quadrat ratione officiorum aut favorum quibus alios gratificare se resolverunt.

Beneficium promissum tantum media ex parte gratuitum est , quando non notum est. Regale verò est , quando inopinatè & insperatè alteri confertur.

Multum enim æstimatur , prævenire hominum petitiones. Gloriosius est prævenire desideria , sed adhuc amplius

facit, qui pravenit sua propria verba,  
nempe citius aliquid facere, quam de eo  
loqui.

REGULA OCTAVA.

*Fatuus in risu exaltat vocem suam:*

*Sapiens autem vix tacite ridebit.*

Eccl. 21.

PARAPHRASIS.

*Homo consideratus ridet cum clamore.*

*Quia risus alicujus honorati viri de-  
bet posse videri, non vero audiri.*

REFLEXIO.

**N**on poterat adhuc sciri, quid in  
genere sit objectum, quod causat  
risum, hoc tamen scitur, quod nihil aliud,  
quam vitium per se ipsum deceptum,  
faciat ridere sapientes, qui nunquam  
sunt sapientiores, nec modestio-  
res, quam dum rident.



PARS



# PARS II.

Complectitur Regulas Salu-  
monis magis necessarias pro ho-  
mine erga alios se bene re-  
gendi.

## ARTICVLVS PRIMVS

*De Regimine sui erga propriam  
uxorem.*

### REGULA PRIM A

*Mulier bona, pars bona, dabitur tibi  
pro factis bonis. Eccl. 26.*

#### PARAPHRASIS.

*Mulier virtuosa est magna felicitas,  
prærogativa grandis. Hoc est primus  
& gratiosus donum, quod Deus  
hac vita dat illis qui eum timeant. Ne  
spera id obtinere per tuos conatus,  
sonare mereri per tuas actiones, ut  
nam habeas mulierem.*

REFL

M  
Rarita  
noscer  
es in f  
confid  
unqua  
di, qu  
tes ha  
eam p  
bonar  
illam l  
Du  
ter pos  
lam co  
innoc  
possid  
rabit;  
bes, i  
pro pe  
RE  
Mulie  
en  
Ec

REFLEXIO.

**M**ulieres virtuosæ & prudentes non sunt ita raræ uti opinamur; Raritas & difficultas est illas benè cognoscendi & distinguendi inter alias. Si es in statu unam ex illis quærendi, non confidas tuæ prudentiæ. Non habebis unquam sufficiens lumen de ea judicandi, quæ pro te quadrat, sed è contra potes habere sufficientem devotionem eam promerendi. Non præsumas talem bonam eligere, sed roga Deum, ut tibi illam largiatur.

Dum verò unam accepisti, & actualiter possides, non te redde indignum illam conservandi. Si indignaris mulieri innocenti, & quæ te amat, non illam diu possidebis, vel enim mors citò vos separabit; vel quòd tu maximè timere debes, ipsa morietur coram te, & non nisi pro pœna simul vivetis.

REGULA SECUNDA.

*Mulieris bona, beatus vir; numerus enim annorum illius duplex.*

Eccl. 26.

H

PARA-



*Faint handwritten text in red ink on the book's cover, possibly a library or ownership mark.*



Beatus est felix vir alicujus patiens  
obedientis mulieris. Si homo possit  
immortalis in hac vita, id est  
bonitatem suae conjugis: ad mortem  
viveret duplo amplius quam  
vixisset.

## REFLEXIO.

**B**EATUS vir. Deus hominem  
tuit duas personas, quia  
harum cordibus formare visibiles  
bram suarum adorabilium felicitatem  
Ligamen ambarum est amor  
non est personalis, nec tertius  
solo Deo; cum tamen debeat  
mortalis inter illas duas, quae sunt  
junctae.

Quemadmodum verò ille dicitur  
potest per gratiam & virtutem  
amati objecti, praeferat Deus  
ret inter maritum & conjugem  
unius & alterius esse compendium  
chritudinum creaturarum; anima  
esse imaginem pulchritudinum  
rum, & ut omne id quod est  
in mundo inveniatur in illorum  
sonis.

Sed peccatum supervenit, quod ip-  
 sus intentionem quodammodo turba-  
 vit, & corrumpit illius opus. Modo ni-  
 hil aliud est quam miseria & confusio.  
 Ipse vir alicujus mulieris in civitate pru-  
 dentissimæ & virtuosissimæ non potest  
 dicitam felix, & tam prudens, quàm  
 ille qui planè nullam habet.

REGULA TERTIA.

*Domus & divitie dantur à Parenti-  
 bus : à Domino autem proprie  
 Vxor prudens. Prov. 19.*

PARAPHRASIS.

*Tuam domum & divitias possides ex be-  
 neficio suorum propinquorum & ag-  
 natorum, sed si habes discretam &  
 prudentem uxorem, conserves eam  
 tanquam donum ex manibus Dei om-  
 nipotentis.*

*Complacencia virtuosa uxoris conservat  
 verum gaudium in corde & facie sui  
 Mariti. Ejus vigilantia & bonus mo-  
 dus agendi in negotijs domesticis exi-  
 mit hunc ab inquietudinibus & labo-  
 ribus; Dissolutio nullum ipsi gustum  
 prabet*

H 2

*Handwritten notes in red ink on the right side of the page, including the word 'CATA' and other illegible characters.*



præbet ad voluptates in comparatione  
virtutis, quam in tali casta spū  
uxore habet quod æstimet.

Principaliter si honestati ejus facta  
juncta sint verba sine felle, &  
uxor habeat linguam, qua scilicet  
deri dolori, & mitigari iram  
hoc modo dici potest, quod talis  
vir sit homo divitissimus & felicissimus.

## R E F L E X I O.

**M**ulieres quæ ad hanc felicitatem  
aspiciunt, recordari debent  
quod inter vires totius Mundi fortissimum  
sit affabilitas & humilitas alicujus  
ris, quod nulla sit vis aut fortitudo  
quæ his duabus virtutibus resistere  
queat, & nulla durities, quam  
netrent.

Submissio & obedientia sunt  
medium, per quod domi suæ  
regere possint, ibidemque usum  
perium, quod aliàs maritus potest  
re naturali.

Ipsa affabilitas & modestitas  
constituunt æqualitatem inter  
que sexum, & faciunt ut regerentur

fferenter pertineat ad unum & alte-  
 am. Deus non præ tendit, ut autho-  
 ritas sit apud unum horum; Sed voluit  
 natura gratuitò illam daret homini,  
 mulier verò eam meretur per humilita-  
 tem. Talis mulier quæ conatur sibi com-  
 placere in sola voluntate & mandato sui  
 mariti, hunc brevi ad eum statum redi-  
 ut, ut non audeat aut possit aliud de-  
 mandare, quam quod suæ placeat uxori.  
 Inter veritates, quæ oblivioni tradi-  
 tæ sunt, ecce unam maximè notandam,  
 quod persona hominis non fuerit præ-  
 stantior personæ mulieris, quam postquam  
 peccatum fuerat commissum, quia an-  
 tequam hoc accidisset. Æqualitas fuit  
 perfectissima inter utrumque sexum, &  
 eodem tempore eorum innocentia, illo-  
 rum vita secundum intentionem Crea-  
 toris fuerat gloriosa imago sanctissimæ  
 Trinitatis.  
 Est enim in effectu res maximè in-  
 comprehensibilis in hoc mysterio, quod  
 personæ Patris & Filii infinite æquales  
 in magnitudine & perfectione sint pari-  
 tæ in potestate ordinis & eorum mutua

H 3

inde-



independentiæ, quamvis una perfectio sit alterius principium. Et hoc prout ait secundum sanctos Patres, quibus unitæ per infinitum amorem tam seorsum quam eorum sit existentia: Amorem unitè inimicus dependentiæ & subordinationis inter personas, quæ se invicem unitè amant.

Hoc est, si in hac mundana cetera maria maritus planè nihil vellet, quod amore, & uxor pariter nihil quod amore faceret, quamvis homo sit principium huius suæ sponsæ, ipsorum æquiva & totalis æqualitas statim favore magno statui restitueretur, ita ut non esset inter illos prælatio, nec Dominus mandatum, nec obedientia: sed hæc miraculosa transformatio aliud non est quàm perfectus amor & dilectio. Et res visibiles huius mundi nihil in se habent, quod magis gaudia futuræ vite licis æternitatis repræsentaret, quam

& tranquillitas eorum vite mortalis.

## REGULA QUARTA.

*Ne respicias in mulieris speciem, & non concupiscas mulierem in specie. Eccl. 27.*

## PARAPHRASIS.

*In electione alicujus uxoris plus attende ad ejus mores & virtutem, quam pulchritudinem, & non stabilias quietem tua vita in contemplando & possidendo figuram formatam in arena, aut dependendo à ventis qui ludunt ad hominum oculos obfusandos.*

## REFLEXIO.

**N**ihil magis in muliere timendum, quàm quod placet oculis, in pulchra facie anima superbæ; pulchritudo præterit, & brutalitas permanet.

Dæmon superbiæ intrat tuum Idolum, dum id de auras, & magnificè parare studes, verùm non exhibit, quando id voles vituperare, & quando remittes à tot ceremoniis & sumptibus. Te invito remanebit, & tibi demonstrabit, sed nimis tardè, id quod tibi factis tempestivè dictum fuit. Quod nempe

H 4 aliquod

aliquod pulchrum Idolum constet multa obsequia, multas curas, & multas lacrymas.

Et quod pejus est, cum hoc Idolum habeat linguam & ingenium studio cultum, omnia quæ novit quàm optime profert. Verum est quod hæc habeantur in ea pro miraculo, sed est miraculum, quod multi videre appetunt. Accedent te multi admiratores, ea quæ audit laudes tot qualificationum hominum, non est amplius hujus attentionis te laudandi & admirandi, etiam animi sumendi curam, ut seruetur admirabilem, quando nihil aliud quam te solum videt.

Cui adjunge id quod sapiens dicitur. Magna media non inveni in illis doctoribus, ubi magnus apparatus, aut multæ conveniunt societates: sed in illis, ubi quasi omnes personæ multum laborant & parum loquuntur.

Olim fabulæ dixerant, quod ex quolibet erudito verbo, quod labitur egreditur, pariter exeat pars auri; verò sicut tempore Salamonis: *Vbi*

*sunt plurima, ibi frequenter egestas: multa loquuntur, & non nisi ventos proferunt, nec enim ibi argentum crescit, ubi foeminae seminant verba, de quibus multis dici potest id, quod quidam sanctus Pater dixerat de sui temporis muliere: hujus in ore omnis suppellex.*

## REGULA QUINTA.

*Sit vena tua benedicta, & latet cum muliere adolescentiae tuae.*

Prov. 5.

## PARAPHRASIS.

*Ut Deus benedicat tuam lineam seu descendentiā, & ut cumulus felicitatum in tuam domum defluens non arescat, nullibi quare tuam satisfactionem & quietem, quam cum muliere, quae tibi est selecta, & quam tu ipse in tuis juvenilibus annis elegisti. Ut illa & tua proles sint deliciae, & ut horum conversationes sint catena tui cordis, tibi quotidie novas complacentias, & novas consolationes animi gaudendo.*

H 5

Deni



Denique conforma te iuventionibus Creatoris, dum matrimonium institueris. Quare hanc felicitatem, si est possibile, & conare eam obtinere, ut cum annis, qui ordinariè causant remissionem amoris in familijs & domibus tuus è contra magis crescat, & magis stabilietur, ita ut diutius quam ipsa tempus duret, imò adhuc post mortem vivere queas.

## REFLEXIO.

**U**T amicitia conjugalis sit confusa non est necesse, ut omnia pulchra quæ uxor possidet, sint immortalia, necesse est, ut omnia quæ immortalia possidet, sint pulchra & amatu digna.

Si sollicita est pro decore suæ animæ & si tantum fortitudinis habes ad cognoscendam ejus animam, & firmam eam oculis tuis perlustrandam, non quam unus alteri tædio erit. Quamdiu enim tua virtus durabit, tamdiu tua complacentia non finietur.

## REGULA SEXTA.

Mulier, si primatum habet, contrariè est viro suo. Eccl. 25.

## PARAPHRASIS.

Mulier quæ in domo sua animo imperiosa  
 Dominam agit, rigorosa est viro suo.  
 Dum imperium habet super ejus per-  
 sonam, transformat illud in tyranni-  
 dem, & dum videt eum subditum, to-  
 taliter illum in servitutem redigit.

## REFLEXIO.

**F**emina quæ timetur, revera est ti-  
 monda, statim quo quis ante eam  
 pavet, devenit terribilis, & quo magis  
 maritus est promptus ad obediendum,  
 & ad ipsi complacendum, magis est illa  
 crudelis & insupportabilis.

Complace tibi in omnibus, quæ ipsi  
 placent, sed rege eam tam prudenter,  
 ut in nullo alio, quam in eo, ad quod  
 obligatur, sibi complaceat. Conserva  
 semper tuam auctoritatem erga illam,  
 sed adijunge tantum amoris & benigni-  
 tatis, ut plus habeat complacentiæ in  
 obediendo, quam tu in mandando ha-  
 bere potes.

Si per longam experientiam cognos-  
 cis, quod non possit duci ad bonum;  
 attende ad minimum, ne te ad malum  
 deducat.

deducat. Separa te potius ab illa, quam  
 tum licitum est; melius est eam des-  
 linquere, quam eam usque ad inforn-  
 nium sequi. Sed non relinque eam  
 strepitu, quia non bene evaditur hoc  
 tormentum domesticum, si causas sca-  
 dalum, & strepitum fugiendo facis.

## REGULA SEPTIMA.

*Non est caput nequius super caput  
 Colubri, & non est ira super iram  
 mulieris. Eccl. 25.*

## PARAPHRASIS.

*Inter capita animalium nihil periculose  
 & pejus colubro, & inter iras, mulie-  
 ris ira est maxime timenda, cum  
 sit subtilissima ad inveniendas tra-  
 ctiones & media te perdendi.*

*Placebit tibi magis commorari Leoni  
 Draconi, quam cohabitare cum mu-  
 liere nequam. Possunt domari & re-  
 digi ad obedientiam bestia; ad mu-  
 lierem potest inveniri medium eorum  
 dentibus elabendi & fugam te salvan-  
 di, sed furia muliebres exasperata sunt  
 inveni-*

inevitabiles : non potes eam domare,  
nec placare nec effugere.

REFLEXIO.

**V**erum est quod inter disordines  
causatos per peccatum magis de-  
plorabilis, & magis funestus est ille qui  
ordinariè in foemina apparet.

Intentio Dei fuerat ut ejus facies, vox,  
inclinatio, & animus non essent aliud  
quàm affabilitas, ut hominis ingenium  
non esset aliud quàm fortitudo & sapien-  
tia, & ut hæ duæ qualitates simul junctæ  
componerent felicitatem familiarum.

Peccatum invertit hanc intentionem.  
Accidit apud nostram naturam quædam  
corruptio, quæ terribiles parit effectus  
in majori parte mulierum.

Fortitudo fumorum & vaporum, de-  
bilitas organorum & imaginationis,  
& denique cæcitas animi causant multas  
lacrymas se diligentibus, & multas infe-  
licitates in omnibus negotiis, ubi illæ  
sunt mixtæ.

In illis species ardentium, levium &  
vagabundarum alearum gubernantur &  
se commovent ex se ipsis. Imaginatio  
deli-

delicata & levis sequitur suum excessum:  
Animus elatus & cœcus approbat suos  
errores & defendit, & mulier credit,  
quod omnia quæ agit, quamvis contra  
se, sint tamen recta & laudabilia.

Videtur tamen in omnibus remanere  
adhuc aliquod venenum antiqui serpen-  
tis, id quod nos capitositatem aut furo-  
rem appellamus, ubi sæpe Dæmon ejus  
caput ingreditur, & accipiendo illi iudicium  
& libertatem, id in illa operatur,  
quod oculis perspicimus.

### REGULA OCTAVA.

*In medio proximorum ingemiscit  
vir ejus, & audiens suspirat me-  
dicum. Eccl. 25.*

### PARAPHRASIS.

*Ipsius infelix maritus, quem incessanter  
affligit, nihil aliud ordinariè agit,  
quàm suos exinde proferre planctus,  
& hi qui cum audiunt pro omni con-  
solatione, non aliter ipsi respondent,  
quàm per suspiria.*

REFLE

## REFLEXIO.

**N**on prodest plorare publicè suas domesticas cruces, qui hoc facie parum habet pudoris, quia difficulter id medicis debet aperiri. Illi qui patiuntur, debent exinde ruborem contrahere tantum, quantum ii, qui id peragunt. Quod uxor sit libertina, quod sit fera & violens, maritus sibi ipsi injuriam facit, dum eam accusat. Non minus illius interest suum errorem secretum retinere, quàm eum sanare.

Oportet habere aliquid prudentiæ & fortitudinis: Maximum secretum in eo consistit, ut malo remediatur efficaciter, & interim impediatur, ne infirmus clamet.

Elige cum attentione mulierem, quam es ducturus, dum eam habes, non eam adores, sed nec illam vituperes.

Attende tibi, ne eam irrites, & illam ad iram indiscretè provocas, per nimis iniquas & saucias reprehensiones, aut ipsam nimis arrogantem reddas per indiscretam complacentiam, & importunas civilitates. Ames illam perfectè, sed ostende

ostende ei tantum partem tui amoris,  
 minimum coperias tuas debilitates. Tu  
 obligatio & felicitas sit, ipsi prudentia  
 inspirare, sed recordare, quod hoc non  
 efficies, nisi te per amicitiam reddas  
 amabilem.

## ARTICVLVS SECVNDVS

*De Regimine sui erga propria  
 Proles.*

### REGULA PRIMA.

*Nam & ego filius fui Patris mei, et  
 unigenitus & unigenitus coram matre  
 mea: & docebat me, atque dicebat  
 suscipiat verba mea cor tuum  
 Posside Sapientiam. Prov. 4.*

### PARAPHRASIS.

*Fueram & ego olim juvenis, dicit Salomon,  
 & puer quem amabat pater, & diligebat  
 mater mea, qua me multum  
 diligebat, & semper apud se retinebat,  
 ut tot instructiones acciperem.*

quot signa amoris recipiebam. Tempus nunquam inutiliter transigebam, quia dum luderem & acciperem meae aetati decentes recreationes, voluit ut essem semper sedulus, & haberem cor apertum ad audiendum, quia semper aliquam dignam sententiam proferebat: ipsius discursus ordinariè fuerat.

Fili mi, ama sapientiam & virtutem super omnia bona mundi; Reliquum non est, nisi vanitas. Id verum bonum est, quod te honestum reddit hominem, & in hoc, quod Deus in te laudat, veram pone ambitionem. Observa ejus legem, & obedias ipsius voluntati. Non recordare id quod didicisti, ut ejus gratia felicitatem possideas, non illam derelinquas ob quamcunq; violentiam, quam posses sufferre. Nil timeas: Ipsa te conservabit, quamdiu tu eam retinebis.

## REFLEXIO.

Quod prudentia etiam in parvis rebus magnas habeat inventiones, & quod habeat unam sublimem politicam quoad regimen alicujus infantis, qui  
vix



vix de utero matris egreditur, hisce vix  
dehis pulchra & utilia, difficulter tamen  
imitabilia consilia.

Nempe amare tenerrimè aliquam  
prolem, & ipsam omni occasione dili-  
gere, ita tamen ne flos suæ ætatis, & can-  
dor innocentia & simplicitatis destrua-  
tur, eam domi suæ retinere, ita tamen ne  
ad hoc cogi videatur: Ipsam continere  
in timore & obedientia, ita tamen, ne  
illi libertas subrepat. Ipsi infundere bo-  
nas inclinationes, & facere ut inclinet  
ad bona, ita tamen ne ulla violentia eju-  
genio adhibeatur.

Facere taliter ne perdat respectum in-  
ter familiaritates, nec amorem inter cor-  
rectiones; Nec tempus ludendo, ut  
semper addiscat aliquid ad Sapienciam  
acquirendam, & ut in qualibet re, quæ  
ipsi accidit, magis in prudentia & picta-  
te instruatur; ut habeat suam recreatio-  
nem in præsentia sui patris & matris,  
quamvis hi non patiantur ejus errores,  
ipsa nihilominus non sit contenta, alibi  
quàm apud parentes retineri.

Ut cognoscat, quod reprehensiones  
qua

quas patitur, proveniant ex benignitate, & ut suam matrem tam benè amet, dum minatur & excipit, quàm dum diligit; Ut parentibus paria signa veri affectûs demonstret, dum severè eam objurgant, quàm dum gratias & dona conferunt.

Ut affuescat etiâ minimas displicentias suæ matris sumere pro magno infortunio, & ut nullam severiorem timeat pœnam, quàm tristitiam suæ faciei & silentii.

Ut cum lacte ipsi imprimantur primæ dulcedines veræ devotionis, ita ut ipsius animæ hæc fixa permaneat regula: quod non fit in terra major felicitas, quàm vivere secundum leges rectæ rationis & justitiæ; Ut ipsi sæpius hæc eadem res differentibus modis inculcetur, ita tamen ne ex frequentiori auditu displicentiam accipiat; Et ut ipsi aliqua bona instructio detur oportuno tempore, dum fortè ludit aut cor apertum gerit, quò faciliùs verba ingrediantur, & ut sentiat complacentiam, dum addiscit ea quæ habet addiscenda. Hæc erunt exempla inimitabilia.

R.E-

## REGULA SECUNDA.

*Qui diligit filium, instanter erudit.*  
Eccl. 30.

## PARAPHRASIS.

*Qui amat filium nunquam cessabit ab instructione, secundum necessitatem suae aetatis, diriget omnes ejus corporis & ingenii motus per continuas & judiciosas instructiones.*

## REFLEXIO.

**A** Tempore quo instructionem proles tua percipere queunt, applica te sedulo ad eas instruendas, considerando, quod educatio debeat immediate sequi ipsam nativitatem, quia cum eadem corruptio & inclinatio ad malum proveniunt.

Etiam in tenerrima aetate constituta proles, cum spiritualem & immortalem habeat animam, scandalo est, si eam sinas brutaliter vivere, & nimis tarde ipsi suam inculcabis obligationem, si expectes, usque dum ad integrum perveniat usum rationis.

Quando

Quando natura est flexibilis & mollis, oportet eam flectere, & ipsi dare prima rudimenta affectionum & habitudinum, quas in vigore suæ ætatis habere debet. Oportet ut proles tua operetur bonum, antequam sciat, quid sit bonum; Oportet ut assuescat ei per obedientiam & necessitatem, antequam cum iudicio eligat, & quamvis nesciat, quid faciat, tamen operetur secundum regulas rectæ rationis & honestatis.

Infantia habet suas perfectiones & virtutes, hinc dispone, ut eæ appareant statim ab infantia tui filii, à quo natura ipsum docet loqui & velle. Doce eum loqui & velle, sicut decet, & ita eum instrue, ut nulla ex ejus humanis actionibus brutalis appareat.

Felix & benè educatus Infans erit ille, qui domitas & obedientes habebit passionem, antequam ratio expergefiat, ita ut hac jam adeptâ, nihil habeat quod faciat, quam regnare in pace, & frui victoriâ, quam per bonam educationem acquisivit.

RE-

## REGULA TERTIA.

*Qui docet filium suum laudabiliter  
in illo, & in medio domesticorum  
gloriabitur. Eccl. 30.*

## PARAPHRASIS.

*Pater qui docet filium suum, & ipse  
sua educationis curam habet, exinde  
honorem ducet & videbit illum ama-  
ri à propinquis, ac estimari à civibus.  
Filius quem nutrit mater, & instruit  
pater, erit gaudium sua domus, & fe-  
licitas sua civitatis.*

## REFLEXIO.

**N**Egligentia unius & negotia alte-  
rius introduxerunt consuetudi-  
nem confidendi aliis magistris prolium  
instructionem. Quod tamen natura non  
prætendebat, dum lac & amorem matris  
intelligentiam & prudentiam patri tri-  
bueret. Illius intentio fuerat, accumu-  
lare gloriam eorum fœcunditati, & eos  
patrem & matrem talis filii constituere,  
qui integrè esset horum filius, & qui  
suum nutrimentum & prudentiam nulli  
alteri, quàm illorum curæ & regimini  
abscribere deberet.

Ma-

Mater quæ non sinit suis brachiis prolem egredi, quam dum ratione uti potest; Pater qui talem prolem domo sua egredi non permittit, quàm dum ratio eum regit, & jam habitudinem contraxit sua agendi cum judicio, & amandi id quod honestum est, fruitur veris deliciis paternæ autoritatis, nec ullus homo perfectè dici potest felix in filio suo, quàm qui huic dedit vitam, scientiam, & virtutem.

Si filius tuus virtutem ab alio didicit, non est tuus, quàm ex dimidio, & ejus pulchras actiones tibi de jure attribuere non potes; Habebit ex te potentiam comedendi & dormiendi, à magistro verò suis prudenter sua peragendi & honoratam ducendi vitam.

REGULA QUARTA.

*Qui docet filium, in medio amicorum gloriabitur. Eccl. 30.*

PARAPHRASIS.

*Qui educat sedulo filium suum, laborat tam multum pro aliis quàm pro se; gloria*

gloriari potest inter suos propinquos  
vicinos, quod sit eorum bonus amicus  
cum sit bonus parens, & cum illis pro  
paret bonum successorem, & fidelis  
haeredem, qui recolet amicitiam, quam  
habet cum illis, & bona exempla, quae  
ipsis dedit.

## R E F L E X I O.

**N**emo hominum de bonis suis  
gloriari potest, si pro suis prolibus  
sufficientia non habeat; Sed adhuc  
de virtutibus possidet, si non sufficienter  
habeat ipsas in haereditatem prolibus  
linquendi, & impediendi, ne haec virtutes  
cum ipso moriantur.

Si adspiras ad immortalitatem, &  
tactus es laudabili desiderio eam acquiri  
rendi, taliter operare, ut omnes haec  
excellentes & pretiosae, quas possides  
post te & in destinato loco permanere  
ut sint immortales & gloriosae. Hinc  
tua anima in coelo, tua virtus in coelo  
prolium, tua reputatio & bonum  
men in memoria amicorum, deponere  
tua pecunia in thesauris Dei, & in  
nibus pauperum.

Sed considera quod virtus non detur, sicut dantur bona, dicendo : *Ego ea relinquo*. Nihil agit in hoc passu, qui loquitur in hora mortis, & qui scribit per manum Notarii in suo Testamento : *Relinquo filio meo meam devotionem, & meam prudentiam*. Ex quo has filius tuus non habebit : si vis ut illas possideat, fac taliter, ut dum es sanus, earum possessionem accipiat, ponendo ipsi ante oculos bona exempla, ex quibus cognoscat, quod hæc possessio sit amabilis, & quod plus debeat amari, quàm divitiæ, & alia bona quæ pereunt.

## REGULA QUINTA.

*Equus indomitus evadit durus, & filius remissus evadit princeps.*  
Eccl. 30.

## PARAPHRASIS.

*Equus qui negligitur & non domatur in tempore, devenit indomitus ; Et infans qui relinquitur in libertate sine reprehensione & castigatione, devenit incorrigibilis.*

I REFLE-



**N**on expecta usque dum tua prole  
committat magna crimina, ut cor-  
rigatur & reprehendatur : Malitia con-  
scit cum ætate, & usque ad eum tem-  
porum & excessum pervenit, tibi castiga-  
tio non solum inutilis est, verum etiam  
periculosa.

Non expecta ut ejus parvæ inder-  
tiones ad sacrilegia perveniant, aut  
parvæ cholerae mutantur in furores,  
moliuntur traditiones aut patriam.  
Castiga eum dum adhuc aliquid boni  
ris ex eo habere potes, & ille ex tua  
veritate aliquid utilitatis sumere. Ma-  
ximam habe curam, ne alii eum punire  
causam habeant, quia hæc ipsa puni-  
tio esset interitus tui filii, perditio tui  
onoris, ruina tuæ domus, & opprobrium  
tuæ posteritatis.

#### REGULA SEXTA.

*Læta filium tuum, & parvum  
te faciet: Lude cum illo, &  
tristabit te. Eccl. 30.*

PARAPHRASIS.

Si filium tuum semper osculis & affabi-  
litatibus tractas, & continuas eum  
laete tractare usque ad aetatem quindecim  
aut sedecim annorum; pro laete tibi  
reddet fel, & tibi tantum timoris in-  
cuiet, quantum tu amoris erga eum  
habuisti.

Si ludis cum ipso, multum perdes in hoc  
lusu. Tua familiaritas recompensa-  
bitur cum aliquo vituperio, quod ti-  
bi mortem causabit.

REFLEXIO.

**I**nfantes ad eam aetatem attingunt, ubi  
nec laete amplius indigent nec affabi-  
litatibus, nec cachinnis, neque familia-  
ritate.

Semper oportet amorem ostendere,  
sed in tali aetate tui filii est cognoscere  
quod eum amas, nec opus est, ut ipsi  
hoc dicas. Habe tale silentium, quod  
omnia exequitur, ipsum corrigat, quan-  
do errat, & ipsum laudet, dum bene  
operatur.

Non intermitte ipsum laudare aut cor-  
rigere; sed ita age, si est possibile, ut eum  
nec

I 2

nec

nec laudes, nec corrigas, quam per oculos.

Quoniam oportet, ut tua praesentia tua tristitia sit ipsius supplicium; Si bene fecit, latetur de tua praesentia, & hoc pro sua remuneratione accipiat: Approba id quod fecit, sed ut haec approbatio si est possibile, sit muta, vel saltem multiloqua, & ut tua declaratio, quam ipsi desuper facies, non multum differat ab ipso silentio.

### REGULA SEPTIMA.

*Ne corrideas illi, nec doleas: & novissimo dentes tui obstupescant. Eccl. 30.*

### PARAPHRASIS.

*Non rideas cum tua prole, si non videri rare: si non continuo ferrum habes in manibus ad abscindendos ramos: & id quod ipsi nocivum est, carpent maros fructus, quibus dentes obstupescant, & in tuis ultimis diebus dolores causabunt.*

REFL

## REFLEXIO.

**T**Res necessariò causæ tibi dement  
 auctoritatem erga tuum filium;  
 nempe ridere cum illo, & te nimis fa-  
 miliarem reddere, sufferre & dissimula-  
 re ejusdem errores, & denique ipsi dare  
 mala exempla, & coram eo tuas debi-  
 litates & passiones demonstrare.

Hæ sunt tres indiscretiones, quibus  
 respectum perdit, & te non æstimare af-  
 fuecit. Evita eas sedulò, quia statim  
 ut videbis auctoritatem tuam perditam,  
 crede pariter, quod filium tuum perdi-  
 deris. Uno verbo, non illum adora, &  
 benè attende in consideratione tuarum  
 prolium, ne sequaris tot funesta exem-  
 pla aliorum parentum, qui eas per edu-  
 cationem stultos efficiunt, & postea per  
 pecuniam, aut suam propriam poten-  
 tiam Iudices & Dominos populorum  
 constituunt.

## REGULA OCTAVA.

*Curva cervicem ejus in juventute,  
 ne fortè induret, & non credat  
 tibi. Eccl. 30.*

I 3

PARA-

*Curva ejus collum in juventute : dicitur  
ejus arrogantiam , & fac inclinamur  
ejus animum rebellem , omni quoque  
modo ad obedientiam & respectum  
Nulla occasione inter mitte eum corrigere , ne fortè in malo obdurescat ,  
mala ejus inclinatio non fiat insuperabilis , aliàs ad talem statum cum  
displicentia & pudore eum pervenire  
videbis , ut tua negligentia aeternis  
bi causent displicentias.*

## REFLEXIO.

**N**ihilominus dum eum corrigis ,  
stine ab iracundia. Correctio  
iam miracula efficit contra magis in-  
rigibilem & desperatum juvenilem  
dum agendi ; sed si iracundia miscetur  
huic excellenti medicinæ , devenit in  
nenum. Si unum cum altero filio  
porrigis , perdes eum , dum credis  
malo remedium adterre ; & deus  
ejusdem parricida , dum ejus medicum  
agis.

Addisce esse severus & timendus

que furore, esse firmus, & inflexibilis,  
& non perdere rationem; esse justus &  
integer sine omni violentia; & scias  
modum habendi faciem & linguam ali-  
cujus terribilis Judicis, dum simul con-  
servas cor paternum.

REGULA NONA.

*Filio, mulieri, & fratri non des po-  
testatem in vita tua, & non de-  
deris illi possessionem, ne forte  
pœniteat te. Eccl. 33.*

PARAPHRASIS & REFLEXIO.

Quamdiu vives, non pone te sub re-  
gimine eorum, quos tu ipsemet deberes  
regere, sive sint uxor, proles, aut amici.  
Retine semper auctoritatem quam De-  
us tibi dedit, & dispositionem liberam  
tuæ facultatis, nec eam confidas, quis-  
cunque is fuerit, ne loco alicujus solatii  
& quietis, quam exinde speras, cadas in  
vituperium, & ne exinde fiant ingrati &  
crudeles ii, quos credebas per tuam libe-  
ralitatem reddendos magis gratos, & sa-  
pientiores.

Ex quo cuncta filiis aut filiabus de-  
disti, credent, quod nihil tibi amplius  
debeant, & quando tuæ manus erunt  
vacuæ, tua facies ipsis erit insupporta-  
bilis & odiosa. Per nullas preces & nul-  
lam remonstrationem muta hanc tuam  
resolutionem, quia melius est, ut tuæ  
proles dependeant à tua munificen-  
tiâ, quam tu dependeas ab eorum grati-  
tudinè, aut ab illorum justitiâ. Fac ut ser-  
vi per tuâ operâ indigeant, & exinde  
quid sperent, sed nunquam illis in-  
degeas, si vis ut te ament: Monstra illis  
vita manus tuas, sed eas firmas retine  
& nihil nisi per mortem illis relinque.

## ARTICVLVS TERTIVS

*De Regimine sui erga proprium  
famulitium.*

### REGULA PRIMA.

*Iugum & lorum curvant collum  
seruorum, & seruum inclinant  
rationes assidua. Eccl. 33.*

PARA

## PARAPHRASIS.

*Iugum grave deprimit collum durum & erectum, & labor assiduus reddit servum humilem, & ipsi dat inclinationem ad illud ad quod obligatur.*

*Non relinque servum tuum sine operatione, quia otium est magister malitiae. Illud hanc docet in domibus, & omnes in malitia doctos reddit, qui tempus in hac studendi sibi sumunt, & qui occupationibus vacant.*

*Si seruo laborem imponis, habebis requiem, si relaxas, erit tibi oneri: Si nihil operatur, cogitat malum; & quo magis est liber, eo plus ad libertatem & insolentiam inclinatum habebis animum.*

## REFLEXIO.

**N**ullum servum pro tuo servitio accipias, si non tota die ei occupationem dare potes. Unus horæ quadrans otiosus junctus alteri quadranti, brevi seruo, qui sic nihil laborat, dabit integram voluntatem nihil operandi, & tibi demonstrandi, quod Dominus qui pigrum nutrit famulum, parum absit à nutri-



nutriendo suum proditorem & inimicum.

## REGULA SECUNDA

*Panis & disciplina & opus serui*

Eccl. 33.

## PARAPHRASIS.

*Tribus rebus seruus tuus carere non debet, nempe pane, labore, & correctione aut disciplina.*

## REFLEXIO.

**I**ndiget seruus pane, quia ipsi de pane competit; labore, quia est ipsius conditio; correctione aut disciplina, quia tua interest ut corrigatur, aut reprehendatur.

Sine reprehensione non corrigentur errores: sine labore committet & adhuc maiores; sine pane verborum tabit se posse errores committere, quod omnia furta & latrocinia ipsi permittit.

Unico verbo, dum per tuam inattentionem domi tuæ desunt seriæ correctiones; Dum per tuam negligentiam absunt occupationes, & dum propter

tuam avaritiam non bene solvitur nec nutrimenta dantur; Accipe pro impiis, pro impudicibus, & pro furibus & latronibus eos, qui ibidem permanere contenti sunt.

## REGULA TERTIA.

*Si non obaudierit, curva illum compedibus, verum sine iudicio facias nihil. Eccl. 33.*

## PARAPHRASIS.

*Si non vult obedire, punias eum, sed nihil age ex passione & sine iudicio. Tuas exasperationes & clamores cholericis illum non corrigunt, sed te ipsum pervertunt, & te magis quam eum constituunt culpabilem.*

## REFLEXIO.

**A** Tempore quo eum cognoscis incorrigibilem, dimitte illum, & crede, quod è re tua magis fit, uno mense citius illo carere, quam totum mensem impendere in cholera, & continuo errores impatientiæ & iræ committere; sed si iudicas quod possit corrigi, & sufficientes rationes habes, ex quibus sperare

rare possis emendationem pro tuo ser-  
vicio, distingue errores pigritiæ & malæ  
voluntatis aut malitiæ ab erroribus  
ignorantiæ, & in his quoad potes, cum  
iudicio & iustitia procede.

Excellentissimum remedium domi tuæ re-  
spectum & timorem conservandi pro  
tuo famulatio, est ut seriò rem agas cum  
domesticis, & cum iis pauca verba con-  
feras. Scias omnia quæ faciunt, sed cetera  
illis quid tu cogites, & quid sis facturus.  
Tantum respectus erga te habeant  
quantum moderationis tu erga eos ha-  
bebis. Adorabantur olim Idola, quæ  
erant statuæ hominum, quæ oculos ha-  
bebant apertos, nihil tamen loqueban-  
tur.

Dominus qui videt omnia quæ de  
mi suæ fiunt, & nihil loquitur, conser-  
vat ibidem respectum sui; quasi figu-  
ram Dei timent eum, quamvis nemi-  
minetur, & solus timor, ne loquatur  
continet unumquemque in ordine  
obligatione.

## REGULA QUARTA.

*Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta. Eccl. 33.*

## PARAPHRASIS.

*Si habes servum fidelem, accuratum & humilem, sit tibi tam charus quam tua propria vita; Tracta eum ut fratrem, aut tuum amicum. Recordare quod non solummodo nihil rarius sit in orbe, & quod omni pretio dignus sit, sed quod etiam Sapientia aeterna, qua de servitute & libertate hominum disponit ipsum tuis manibus consignaverit tanquam donum sua providentia & amoris.*

## REFLEXIO.

**N**on time familiaritatem servi prudentis, qui cum affectu servit, invigila solummodo, ne assuescat divinare sed interrogare, quæ tuæ sint, intentiones & voluntates in qualibet occasione.

Impone ipsi omne pondus tuarum inquietudinum, & œconomix. Quod si tamen hoc feliciter peragere voles,

oportet, ut ipsemet laborem sumas per  
scrutandi & dignoscendi quæ domi tuæ  
peraguntur.

Considera id quod facit, non ut do-  
riorem reddas ejus fidelitatem, sed  
impedias, ne obliviscatur suæ condi-  
tionis, si ipsum hujus suæ conditionis  
commonefacis, absque omni dubio  
ejus obliviscetur, & res eò perveniet  
& in talem statum, ut necesse sit ab illo  
dependere. Facillimè ex bono ser-  
vator malus efficitur Dominus.

Et quamvis deberet prudenter in  
domo mandata tua exequi, & tuam reg-  
næconomiam cum bono successu, effi-  
bi tamen dedecus domi tuæ obed-  
Amplius non perdes quam tuam auto-  
ritatem. Certè leges & politicam  
intelligis, si vis recompensare longa  
vitia tui Camerarii ipsimet servient  
& vicissim eum timendo.

Consigna ipsius manibus tua bona  
negotia cum sit prudens, sed scias, quod  
non oporteat communicare talem  
sententiam, sicut pater filio vitam largitur  
sed sicut sol communicat lumen, quod

universo largitur orbi, sic retine personam tibi obligatam in una perpetua dependentia.

Servus cui omnia confiduntur, nulla tamen sumitur notitia eorum quæ agit, erit brevi latro, fur, aut Dominus ipsius domus.

### REGULA QUINTA.

*Ne ledas servum in veritate operantem, & dantem animam suam.*

Ecccl. 7.

### PARAPHRASIS.

*Non contrista servum qui ea facit quæ potest, & qui omnes vires & sanitatem impendit, ut tibi serviat.*

*Indignus es vita, si perversa tua phantasia sinunt pati eos qui te amant, & qui pro te solo vivunt.*

### REFLEXIO.

**T**Am benè operare, ut sit contentus, qui ingreditur domum tuam ad tibi serviendum, ut sit fidelis & felix, qui ibi moratur, & ut sit dives, si est possibile, dum domo tua egreditur.

Inde

Inde concipies honorem ; quia quilitas magnorum hominum est, eos magis efficere, qui fideliter & cum amore inserviunt. Non fac sicut quidam faciunt, qui sunt faciles & boni erga te, vos, dummodo paupertate & miseria contenti vivant.

Aliunde non negliges quod tua iustitia est & ita dispone, ut lucrum quod appetunt te faciunt, non ex alia parte, quam ex tua liberalitate aut tua prudentia proveniat, & ut eorum thesaurus non crescat per tuam ruinam. Quia dedecus est videre quod quotidie videmus, divites famulantes & pauperes Dominos.

### REGULA SEXTA.

*Noli laborare, ut dixeris ; sed prudentia tua pone modum. Prov. 10.*

#### PARAPHRASIS.

*Non obruas te laboribus, nec perdas tuam sanitatem, ut tibi divitias accipias inanes.*

*Timor & prudentia, quae tibi dant modum, sunt praevidendi futura necessaria.*

vera stultitia consistunt, nisi moderentur in tantum pro conservatione innocentia & tranquillitate tua anima, quantum operantur pro augmento tuorum reddituum.

## REFLEXIO.

**H**odie plenus es inquietudinum, & multum laboras, quomodo divitias acquirere, & aliquot annis requiescere valeas; Operare consultius, quiescere modo, & differ nunc inquietudines, & quas tibi ipsi imponis molestias.

Unaquaque die tantum occuperis, & sollicitus sis, quantum oportet, ut eadem die feliciter & tranquillè vivere possis.

Relinque ambitionem multas conquirendi divitias, & experientiã aliorum disce, quod hoc ipsum sit, multas sibi congregare molestias. Nimis multum pecuniæ in cistis, & nimis multum alimenti in stomacho, sunt æqualiter duæ periculosa incommoitates.

Quies & delectatio non crescunt nec cumulantur sicut divitiæ; Si sufficientes aut saltem sat commodas possides divitias, & delectatio usque ad extremum per-



pervenit terminum ; Potes quidem fieri ditior, sed non magis contentus & potens.

Quando eris magnus Dominus, circumdatus multitudine servientium erit præminentia tua ante alios mediorum fortunæ homines, in hoc quod pluribus impedimentis & importunitatibus circumdatus sis, quod plura inutilia mobilia habeas, plus vanitatum & stultitiarum in vestibulis, plures homines ad famam, plures rumores in domo, & plures turbationes in capite.

Cum omnibus cumulis & millibus divitiarum non vales emergere ab hoc corpore, & quam diu tantum unum habes corpus, non indiges duabus domibus, aut tribus mensis, & adhuc minus quadraginta manibus pro tuo servitio.

Hæc multitudo laborum & inquietudinum est pro aliis, quos domus tua nutrit; & in veritate dicere possumus quod hi qui maximè laborant esse ditiores minimè pro se ipsis laborent.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*De sui Regimine erga amicos.*

## REGULA PRIMA.

*Amicus fidelis protectio fortis : Quis autem invenit illum , invenit thesaurum. Eccl. 6.*

## PARAPHRASIS.

*Amicus fidelis est fortalidinum , quod protegit , & thesaurus qui ditescere facit. Qui talem habet amicum , felice est, & ejus felicitas est in securitate.*

## REFLEXIO.

**C**onserva diligenter hunc thesaurum, & si remanet in tua anima aliquis memoria suæ coelestis extractionis & aliqua figura suæ similitudinis cum Deo, nunquam vive absque amicitia.

Qui scit se vivere, sciet pariter, quod necesse sit amare. Quia quemadmodum nostræ animæ creatæ sunt ad imaginem Creatoris, necesse est ut habeant bonitatem quæ eas impellat quodammodo à se

se

se ipsis egrediendi, omnisque earum substantia nil aliud sit, quam quædam materialis & divina flamma, quæ elevatur versus cælum, & quæ adspirando Deum, aliud cor quàm suum querit, tanquam socium & succursum in auxiliis suarum elevationum, quibus fortius ad supremam possit pervenire civitatem.

Quilibet animus est medietas alterius animi. Non sic quasi divisi essent in formatione, & quasi ex uno fuissent facti duo animi; Sed formati sunt in proportione & tali sympathia, quæ inspirat desiderium, tribuit potentiam jungendi, & per earum intimam communicationem efficiendi, ut hi duo unum constituent animum.

Sed antequam hæc omnia perficiantur, multæ formantur displicentia, dolores, melancholici, variæ infirmitates & miseriæ in anima hominis; Quia hæc est imago Dei, in qua æterna consistit felicitas, quod nulla ex his duabus personis sit unquam sola.

Vera scientia hominis prudentis est

scire, quod major pars harum nostri ani-  
mi miseriarum proveniat ex solitudine  
interna, & quod earum remedium sit  
vera amicitia. *Amicus fidelis medicamen-  
tum vite.* Eccl. 6.

## REGULA SECUNDA.

*Beatus qui invenit amicum verum,  
& qui narrat justitias auri  
audienti. Dilige proximum, &  
conjugere fide cum illo.* Eccl.  
25. & 27.

## PARAPHRASIS.

*Magna felicitas est invenire bonum ami-  
cum, & invenire aures capaces, qua  
aut norunt audire veritates utiles, aut  
reticere secreta alicujus consequentia.  
Amatui similem, & satisfac animæ tuæ,  
jungendo te cum amico per confiden-  
tiam perfectam, nihil habendo in cor-  
de tuo, quod alteri non sit commune.*

## REFLEXIO.

**I**D quod animæ nostræ confidere vo-  
lunt, & id quod quasi ex se extrahere  
& in alias animas transferre volunt, sunt  
tres

tres res: nempe earum scientia, secretum & persona.

Dum communicant suam scientiam, id est notitias quas per studia, vel notitias quæ per famam acquisierunt, vel informationes & lumina quæ habent in publicis negotiis aut aliis occasionibus. Unico verbo, quando cogitationes sunt indifferentes communicant, & hoc conglusta faciunt, est vera familiaritas. Quando ulterius progrediuntur & suas lectissimas cogitationes communicant, est amicitia. Dum autem ad ultimum terminum procedunt, & aspirant se ipsas communicare, & transferre sua corda in aliud cor, & secundum id quod natura & gratia possibile est, ex duobus animis unum conficere, hoc proprie & præcipue est, quod vocamus amorem.

Benevolentia sequitur amorem, sequitur & pariter amicitiam; Bene enim volumus objecto, statim quod id amamus. Nostra bona ipsi sunt communia, quod spectat ad hominem, spectat etiam ad amicum. Quia acquirere amicum fidelem & fidelem, est in momento

quirere omne id quod possidet, & id quod acquisivit multis annis. *Beatus qui invenit amicum verum.*

REGULA TERTIA.

*Amico fideli nulla est comparatio, & non est ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.*

Eccl. 6.

PARAPHRASIS.

*Nihil pretiosius bono amico. In statera sapientum plus ponderat, quàm omne aurum & argentum totius orbis.*

REFLEXIO.

**E**Xcellenter hodie loquimur de amicitia: Est tamen objectum tale, cui apparenter plus mali fit, in consideratione ejus boni, quod de ea loquimur. Nostrum sæculum est desuper eloquentissimum, & felix in verbis & cogitationibus. Nunquam fuerant tot admiratores hujus pulchræ virtutis, nec unquam tot panegyrici, & tot opera composita in ejus honorem. Ubique fit mentio de amicitia in omnibus libris, in omnibus congressibus & societatibus,

ia

in aula, & inter populum. Ipsa apparet  
in omnium vultu & labiis. Ipsa est ubi  
que & nullibi verius, quàm in cordibus.

Amicitia nobis placet, sed inter  
prædominatur, & nihil perdimus, quo  
nos magis tangat & affligat, quàm pe  
ditio alicujus boni amici.

### REGULA QUARTA.

*Amicus fidelis, medicamentum  
te, & immortalitatis: Qui  
tuit Dominum, inveniet eum  
Eccl. 6.*

### PARAPHRASIS.

*Nostrum corpus plenum est infirmitatibus, quæ abbreviant ipsius vitam mortalem: nostra anima habet infirmitates, quæ reddunt infelicem ejus mortalitatem: Remedium harum infirmitatum est bonus amicus; Sed oportet timere Deum, ut eum inveniamus. Habe multos amicos, sed non nisi unum confidentem. Benè sis cum toto orbem, non nisi unitus cum uno solo sis tuus dominus, tuus thesaurus, tua manus,*

*Arce aperta multis hominibus, sed tuum cor non sit apertum alteri, quam tuo intimo, quem elegisti.*

REFLEXIO.

**T**uum cor est factum, ut alteri detur, non potest absque crimine rejici; Sed maximum opprobrium & iniustitia dedecorosa est se dare & communicare pluribus.

Ipsium tuum cor & ejus secretum nihil amplius valent, statim quo communita fiunt. Excellentia humani cordis est, procurare bonum publicum, & esse bonum particulare.

**S.** Oportet ut sit ejus conditionis sicut sol, qui totum mundum obligat, & qui admirationi habetur ab Angelis & hominibus, sed tamen regitur & possidetur non nisi ab uno solo Angelo.

Uno verbo nostrum cor bene est constitutum, quando est sicut magnifica vestis, quæ pro lemmate accipere potest: *Placens omnibus, propria uni soli.*

**K** RE-



## REGULA QUINTA.

*Si possides amicum, in tentatione  
fide illum, & ne facile credas.*  
Eccl. 6.

## PARAPHRASIS.

*Si vis habere bonum amicum, proba  
illum, & antequam ei fidas, recognosce  
ejus fidelitatem. Sed crede quod  
hac proba non meliorem habeas  
terram, quam tempus & afflictionem.*

## REFLEXIO.

**V**erum est quod perfectæ amici  
nascantur primo momento, &  
quis alterum videt, & quod magis  
nisi statim se recognoscant.

Sed homo prudens, qui non in  
dit suam inclinationem in nascendo,  
pedit eam in se tam promptè de  
rando.

Complacet tibi sentire motus in  
pectatos & attractus potentes & am  
les, qui inducunt inclinationem am  
di eam personam, quæ videtur amabi  
Sed antequam se resolvat, interroga  
am rationem, ejus consiliis & judic

dit, ut consentiat, petit tempus, nec fi-  
dit quam soli experientia.

Quicumque uno solo anno vidit ali-  
quam personam, non potest dicere, se  
eam verè noscere; & quicumque nihil  
passus est, certò non potest dicere, quod  
ametur.

### REGULA SEXTA.

*Est enim amicus secundum tempus,  
& non permanebit in die tribu-  
lacionis. Eccl. 6.*

### PARAPHRASIS.

*Sunt etenim amici tantum dum tempus  
aridet; avolant dum hyems appro-  
pinquat, & te non amplius agnoscunt,  
dum ploras.*

### REFLEXIO.

**V**idetur ipsis quod tua amicitia con-  
sistat in complacentia tuæ conver-  
sationis, ridendi tecum, dum lätaris in  
diebus tuæ felicitatis & prosperitatis.

Deberent scire, quod dum quis se  
declarat alterius amicum, est se obliga-  
re, quod nec pecuniam habeat tempore  
necessitatis, ne quietem tempore nego-  
tiorum,

tiorum, nec sanguinem & vitam tempo-  
re periculorum, quæ omnia non etiam  
spectarent ad amicum, & de quibus non  
posset disponere.

### REGULA SEPTIMA.

*Est amicus mensa, & non perman-  
bit in die necessitatis. Eccl. 6.*

### PARAPHRASIS.

*Est & aliud genus hominum, qui  
boni amici, dum assident mensa,  
extra eam neminem cognoscunt. Per-  
mittunt omnia, dum tuis tecum  
lantur expensis, postea nullius  
plius recordantur; & ordinari-  
ritia serviunt vel maximè pro  
mento deceptorum & ingratorum.*

### REFLEXIO.

**C** Redunt quod hoc sit te amare  
tibi inter epulas serviunt ad  
citanos cachinnos impudentes,  
peccata committenda cum majori  
mositate & insolentia. Non illis  
adhibe, quia si pro inimicis habent  
qui contra te utuntur manibus &  
dio; non habe pro amicis illud  
latro

latronum & Assassinatorum, qui manu tua propria utuntur pro lethali vulnere ad ima usque pectoris tibi infligendo, qui que persuadent, se velle in persona tua per actiones brutales & scandalosas innocentiam, gratiam & honorem, quæ tamen vera sunt hominis vita extinguere.

Fuge tales homines; quaecunque vinculum te eorum societati adstrinxerit, rumpe illud, & pro ignotis, ac proditoribus illos habe. Recordare quod mors rumpat omnia matrimonia, & crimen omnes amicitias.

Dantur alii Phantastici & vagabundi, qui quidem absque omni interesse amant, sed pariter offenduntur absque omni ratione, nec alio fine amicitias contrahunt, quam ut proferant lamentationes, quarantque occasiones accusandi & persequendi amicum.

Tales ne videre quidem desideras; rejice constanter duo hominum genera, & evita notitiam & familiaritatem eorum.

Unius generis sunt, qui ad animum tuum occupandum, seque tecum recre-

andi sunt felices, sed prompti semper  
prodendi, & pretio vilissimo vendendi.

Alterum est genus eorum amicorum  
quos passio & Zelotypia totos possunt  
quique vel minimos oculorum tuorum  
aspectus in alios coniectos, ut metu  
prodicionem suspiciunt, de quibus  
terres prudenter dixerunt, quod nullam  
invidia magis insupportabilis aut  
menda, quam horum amicitia.

### REGULA OCTAVA

*Et est amicus, qui odium, & rixam  
& convitia denudabit. Ecclesiasticus.*

### PARAPHRASIS.

*Sunt & alij qui praecipiente cholera  
creta reticere nesciunt, qui minime  
interueniente rixa, propalant eam  
qua de amico norunt, qui compunctam  
tiam & sinceritatem tuam crudeliter  
me proscindunt.*

### REFLEXIO.

**V**erum est, quod ebullientes  
iusmodi iracundiae motus  
centiam, & funestam causent molestem  
sed recordare, quod dum alicui

amicitiam conjungis, non tantum ad  
ejusdem afflictiones, sed etiam commis-  
sos & committendos errores te obliges.  
Parum est sufferre aliquid pro amico, ni-  
si pariter animum habeas ipsiusmet in-  
jurias & afflictiones supportandi.

Nullus amicorum est, qui non ha-  
beat suas imperfectiones ac errores, &  
non est imperfectio aut error tui amici,  
quem non excusare teneris, sed nec ulla  
ejusdem imperfectio, quam non praviè  
cognitam habere debuisses, priusquam  
cum illo amicitiam contraxisses.

Elige benè & nunquam concipe  
amorem alicujus hominis, cujus errores  
& debilitates sunt intervalla odii, & qui  
durante passione est verus inimicus.

### REGULA NONA.

*Amicus si permanserit fixus, erit ti-  
bi quasi coequalis, & in domesti-  
cis tuis fiducialiter aget. Ibidem.*

### PARAPHRASIS.

*Si invenis amicum constantem, conserva  
eum sicut te ipsum, fac ut cum eadem  
libertate tuam quam suam propriam*

K 4

domum

*domum intret, ut disponat de tua familia, & ut impendat se tuis negotiis sicut suis proprijs.*

*Hec est felicitas vera amicitia, vivens duobus cordibus, & commendans duabus domibus.*

## REFLEXIO.

**D**icitur, quod si duo soles essent in mundo, alter alterum destrueret, quod tamen non fieret, si se invicem amare possent.

Non sunt incompatibiles duae potentiae aequales, dummodo inter utramque bona sit intelligentia: Et omnes leges quae feruntur pro regimine unitatis in favorem unitatis non essent bona, si discordia non esset sociata inseparabiliter duarum superioritatum.

Sed si amor est tertius, verus & necessarius erit numerus pro felici regimine, in caelo & in terra, cujus numerus ternarius.

## REGULA DECIMA.

*Ne derelinquas amicum antiquum, novus enim non erit similis tui.*

*Eccl. 9.*

PARAPHRASIS.

Novus amicus non aequivalens antiquo.  
Non facile muta amicitiam, quod enim jam possides absque dubio melius est eo, quod nondum habes.

Si persona amata à longo tempore esset minus perfecta, & minus pretiosa, tamen tibi foret adequatior, & tua inclinationi similior.

Dulcedines amicitia non proveniunt ex nobilitate alicujus hominis, nec ex scientia aut pulchritudine animi, sed ex conformitate tui cordis cum alterius.

Non potes turpius vestiri quam pretiosâ & pomposâ veste, qua pro tua persona nimis laxa est, & male quadrat; Nec pejus amari, quam ab homine, cum quo disparem habes naturam.

Cui accidit quod nulla sit nova vestis, qua corpori non sit incommoda, nec nova notitia cum aliquo, qua non aggravet aut vulneret ipsius animum. Reservationes & ceremonia diu durant, & semper sunt magna negotia, principia amicitiarum.



Unico verbo, qui ab amore primi amici cessare potest, indignus est habere secundum; & qui veram amicitiam sinit interire, non potietur aliam immortali.

## REGULA UNDECIMA.

*Ante mortem benefac amico.* Eccl. cl. 14.

## PARAPHRASIS.

*Non differ usque ad mortem benefacere amico tuo. Amor facit socios, non loqueres. Non offert id quod perdit, & quod alteri relinquere cogatur, sed commune reddit id quod possidet.*

*Tempus liberalitatis est ipsa vita: Avaritia aut necessitas donant in morte & faciunt testamenta.*

## REFLEXIO.

**D**Um alteri aliquid boni praestitum hoc illi non exprobes, & quando amico aliquam gratiam aut favorem exhibes, fac ut tua facies & verba illum majorem inducant amicitiam, tristitia ejus qui donat offendit illum qui beneficium recipit, illudque mutat in dispensionem.

centiam. Rejectione alicujus beneficii fa-  
pissimè est excusabilis: potest enim pro-  
venire ab impotentia & impossibilitate,  
sed tristis & difficilis acceptatio ali-  
cujus beneficii est odiosa, quia provenit  
ab avaritia vel defectu affectionis.

Dum occasionem habes juvandi tuos  
amicos, tria semper aperta geras; ma-  
nus, faciem, & cor.

Dupliciter fit illud donum quod ci-  
tò fit, & plus quàm centies, si fiat cum  
bona gratia.

Similiter ne dicas amico tuo, vade &  
revertere; Cras dabo tibi. Gratia dilata  
est quasi rejecta, & est tantum dimidia  
ex parte datum, si non detur eodem die  
quo dari potest.

Videtur, quod per hanc dilationem  
quæras tempus & medium nihil facien-  
di: ad minimum demonstras, quod hoc  
illibenter facias. Omnis lætitia est cele-  
ris, omne gaudium promptum,  
& quæ placent citò perfi-  
ciuntur.

## REGULA DUODECIMA.

*Noli pravaricari in amicum pecuniam differentem. Eccl. v.*

## PARAPHRASIS.

*Non sis molestus amico, qui differt solvendum id, quod tibi debet, melius est tuam pecuniam tardius recipere, quam cito charam amicitiam perdere. Recipitur enim pecunia, si mutuo datur ex affectione; Sed plus perditur quod ipsa pecunia valeat, si ad hanc recipiendam perdatur amicus.*

## REFLEXIO.

**S**i cogeris ad petendam solutionem crede, quod creditorem plus premere restitutio: Nam scis quod honorato viro gravius accidat, non habere pecuniam, quam debere; Sis contentus afflictione ipsius & inquietudine, et pudore eum suffundas, loquendo sepius de hoc negotio.

Illi qui parum habent veræ amicitiam erubescunt amico debitum suum in memoriam revocare. Cùm multum amicum habeat

habeas, & multum generositatis, erubescere ipsemet quod ejus recorderis.

Non satis generosum est, desuper tacere, perfecta honestas requirit, ut id etiam obliviscaris.

## REGULA DECIMA-TERTIA.

*Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem.*

Eccl. 29.

## PARAPHRASIS.

Expone pecuniam tuam periculo, dum eam fratri aut amico mutuo das, & crede, quod sit semper honorabilius & securius in manibus esse illorum, quam esset in thesauro abscondita, & occlusa sub saxo.

## REFLEXIO.

**D**ebes credere, quod perdideris pecuniam, dum eam amicis inutilem reddis. Quando te rogant pro aliqua gratia, sis promptus ad eam offerendam: nullum aliud time periculum, quam quod nimis diu deliberaveris, & aliam

K 7 non

non habe displicentiam, quam quod  
illos non præveneris, & quod non fe-  
ris tam felix, ut potueris divinare, quod  
tui indigeant.

Habe in his regulam illius antio-  
chensis, qui dum à suo thesaurario  
quereretur, quod nihil amplius haberet,  
quod suæ liberalitates ipsum enervare  
sint, hoc heroicū illi dederit responsum.  
Erras remanet mihi omne id quod de  
navi: ad me spectat nunc amplius quod  
unquam, cum sit in manibus meorum  
amicorum. *Hoc habeo quodcumque de  
navi.*

### REGULA DECIMA-QUARTA.

*Qui denudat arcana amici, fides  
perdit, & non inveniet amicum  
ad animam suam. Eccl. 27.*

### PARAPHRASIS.

*Aperire secretum amici, est perdere  
multos amicos. Homo infidelis a nullo  
amplius amabitur; Et illi qui confidit  
dederunt ejus loquela, primi erant  
qui ipsum timebunt & odio habebunt.*

REFLE

## REFLEXIO.

IN negotio amicitiae tam bene quam in negotio status minimae indiscretiones & levitates linguae sunt irremissibilia crimina. Horum secretum est sicut nostra religio, ubi nulla est remissio errorum, vel commiseratio poenitentium. Puniuntur hi errores modo terribili & timendo homini animum habenti, cum ipsi non amplius detur occasio in illa relabendi.

## REGULA DECIMA-QUINTA.

*Ad amicum si aperueris os triste, ne timeas: Est enim concordatio.*

Eccl. 22.

## PARAPHRASIS.

*Si tibi accidit, dum es melancholici humoris, dicere tuo amico verba displicentia, aut inconsiderate injuriosa, quae tamen nihil significant, non timeas: reconciliatio non erit difficilis.*

*Similiter si durante cholera extrahas gladium contra illum, non desperes, te non posse redire ad pristinam amicitiam.*

Home

Homo indulget passionibus fratris, quod sunt caeca & excedunt rationem. Nihil amplius requiritur, quam aut altera lacrymarum gutta ad legendam memoriam alicujus criminis controversia.

Id quod periculosum & iram aut odium reddit irreconciliabilem, est vocare in mentem alicui amico fiduciam quandam domus suae, vel secretum praestitutum aut aliquam confidentiam quam recepit, aut illum suspendere, & in sua praesentia inspicere, aut denique propalare aliquid secretum, & aperire ejus negotia tibi confidit; Omnia ista inducunt fugam usque ad extremam orbis partem. Potes revidere ejus faciem, non invenies amplius ejus amicitiam nec ejus confidentiam.

## R E F L E X I O.

**U**No verbo ne vilipendas amicitiam, quia despectio amici est vulnus lethale amicitiae, & unicum insupportabile vulnus humani cordis.

Natura & infelicitas possunt nos

dero despectos, non tamen nos possunt reddere insensibiles & indifferentes erga eum qui nos vilipendit; Habitu non inducet consuetudinem, & virtus quidem aliquando potest suppressere dolorem, non tamen hujus potest delere recordationem.

Non approbamus, quod qualitas personarum, quæ nos vilipendunt, diminuat despectus recordationem aut vindictam; laudes etiam quas recipimus ex parte inimicorum, sunt quidem quodammodo acceptæ, sed despectus qui venit ex parte optimorum amicorum, sensibiliter cor vulnerat: Nec etiam ille qui provenit ex parte Principum aut Dominorum minus dulcescit, aut gratiori animo recipitur. Quamcunque potentiam vel auctoritatem quis gerat supra nostram personam, nunquam credimus, quod talem habeat nos despiciendi, nec etiam putamus, quod aliquis hanc habeat auctoritatem, dum sumus culpabiles; nam illi ipsi, qui credunt quod ipsorum crimina mereantur mortem, non tamen credunt mereri despectum.

Gratia



Gratia Dei quidem pluribus de  
voluntatem se vindicandi, sed pau-  
men contento animo injurias recipiunt.  
Et quamvis aliqui appetant ut despicantur  
pro gloria Dei, dubito tamen  
multos esse, qui se despicientes diligunt  
& amore prosequantur.

## REGULA DECIMA-SEXTA

*Homo homini reservat iram, & Deo  
quærit medelam. Eccl. 10.*

## PARAPHRASIS.

*Homo homini preparans malum  
servans iram, audeatne petere à Deo  
benedictiones & gratias? & illi  
vult ut pereat inimicus, potestne  
raro à Deo ut se conservet & prosequatur.*  
*Homo vult reservare iram, & à Deo  
cognitionem quærere. Ipse qui totum  
ro & corruptio est, vult punire  
aliorum, & rogat Deum qui est  
nita sanctitas, ut suos proprios dispen-  
let & sufferat. Qualis præterea  
qualis spes ut à Deo exaudiatur.*

REFL

## REFLEXIO.

**U**T supprimas recordationes verborum injuriosorum, quæ tibi dicuntur, aut injuriæ ipsius, quæ tibi in tuis negotiis infertur, sæpè habe in mente banc indubitatam veritatem.

Esse inter omnes injustitias duas maximas: Prima quod Deus offendatur; Secunda, quod malo feras animo offensam aliquam, & quod audeas vindictam meditari, aut ad minimum desuper conqueri.

Dum habes dissensionem cum proximo, hanc alteri narras, & petis ab amicis, an non sit verum? quod tibi fiat injuria, & quod debeas quærere vindictam: non desunt tibi rationes, & loqueris tam excellenter, ut quilibet factum & rationes tuas approbet.

Sed denique pro meliori notitia ipsius veritatis dic illis omnia, & narra ingenuè ea quæ scit conscientia tua ratione pudendarum ingratitude, & enormium peccatorum, quæ contra Deum commisisti: Non erit persona quæ tibi non dicat, te mereri infinite  
plus

plus mali, & plus despectus, quam  
cepisti.

Dum conquereris, aut in litigio  
cum proximo quaestio est, an de  
perditionem hominis quaerere, cui  
opera Deus usus est pro poena & op  
dem tam exigua tuorum magnorum  
criminum. Sis ipse Iudex, examina  
decide ipsemet hanc quaestionem.

### REGULA DECIMA-SEPTIMA

*Abstine à lite, & minues peccata*

Eccl. 28.

#### PARAPHRASIS.

*Processus & litigia evita, & pauca peccata tibi remanebunt persequi cum, divites reddere iudices & eodem incognitos, in ruinam ducere propriam familiam, nutrire suas iniquitates, multiplicare errores, & perdere Paradisum; hoc est quod quidam dinariè litigando lucratur.*

*Nulla est dissensio, quae non possit terminari per vias amicitiae & civilitatis, & non est pax aut quies, quae non praevaleat omnibus victorijs, quae non*

judicio obtinemus, & quàm omnes triumphi, quos superbia ducit de nostris inimicis.

## REFLEXIO.

**V**ivas in pace & stabilitas tuam felicitatem taliter agendo, ut eam inquietam nihil reddere possit, & ne sis obligatus te defendere, aut conqueri contra quamcunque personam.

Non est tam honorabile vincere inimicos, quàm planè nullos habere. Furiosi & bestia in primo honorem recipere possunt, secundum verò non convenit, quam hominibus cœlestis & divinæ inclinationis.

Si tamen aliqua disgratia vellet nobis inimicos concitare, credamus, quod nobis minus sit gloriosum invertere eorundem domus & possessiones, quàm sedare ipsorum choleram; Omnes sollicitudines, quas impendimus ad lucrandum processum, impendamus ad lucrandum eorum corda.

Non velimus ut pereant: adspiremus ad victoriam magis illustrem, ita agendo, ut etiam contra illorum voluntatem

nos

nos ament, & ut sibi ipsismet dent culpam, quod nos offenderint.

Dolorem nostræ offensæ inferamus conscientia eorum, & ita agamus, ut nostræ bona officia agnoscant nos amabiles & quod fuerimus amore digni, dum illi nobis displicentiam carerent.

Utamur verbis suavibus & cum respectu prolatis, & conemur eos subtertere per attractus civiliores, ut ipsi confiteri cogantur, quod nobis injuriam fecerint, dum nos malè tractarunt. Et hæc confessio est honor quam maxime desiderabilis, & insignissima victoria, ad quam homo honoratus aspirare possit.

Tenemur denique in anima nos delere omnes inimicitias, & omnia desideria nos vindicandi.

Et quidem per legem naturæ, quæ nobis nulla dedit alia arma & media vincendi homines, quàm mutuam charitatem.

Per legem Evangelii, quod nobis dedit præceptum & mandatum indispensabile.


Per legem incarnati Dei, qui nobis dedit exemplum.

Per legem Creatoris, qui voluit ut noster animus, & nostra persona non essent aliud, quàm vivens imago suæ infinitæ & substantialis charitatis.

Per ipsam legem Paradisi, ubi hæc inscriptio portæ incisa est, quod ibidem nullus homo ingredietur, qui in corde odium & choleram gestat.

Nostrium proprium interesse super hæc omnia nos eò ducit, nam certissimum est, quod nullus sit inimicus tam timidus & pavidus, qui non vellet nocere, nec tam debilis, qui non posset; Nec etiam tam ignorans, qui non sciat media, & qui non habeat sufficientem agilitatem & subtilitatem similes occasiones inveniendi.

**F I N I S.**



Handwritten text on the red binding strip, possibly a library or collection mark.

Faint, illegible text on the parchment page, likely bleed-through from the reverse side.

FINIS





Confilia  
Sapient  
Dm  
13 18



Confilia  
Sapient  
Omn  
40 48







CONSTITUTIONES  
SALOMONIS

Th  
2837